ordinatione. Diſertus i facūdie ſiue eloquētie adminiſtratione. Incoinq
natus ſine macule ↄtagione: ſuauis i p̄ceptis: ſuauior i ↄſiliis: ſuauiſſimꝰ i
p̄miis: amās bonū actū i actiuis: q̄ ſuauis ē in ↄtēplatiuis: hūanus hūanā
diligēs ſocietatē. benignus: inatā hn̄s in ſe bonitatē. Stabilis: laſſis ⁊ in
firmis ↄferēs firmitatē: ⁊ nullā ꝓrſus habēs i ſe viciſſitudinis mutabilita
tē: ſecurus: illis quos ꝓtegit auferēs formidoloſitatē. oē3 hn̄s v̄tutē. oī-
bus ↄferēs v̄tutū pfectionē. oīa ꝓſpiciēs. oē3 hn̄s cognitionē: capiēs oē3
itelligibilē ſp̄ū3. oīs ſp̄us rōalis motū inueſtigās ⁊ affectionē: mūdus i ſe:
⁊ ab aliis auferēs infectionē. Multis ēt aliis noībus nuncupat̄. Dī. n. di
gitus pp̄ eius diſcretā ⁊ ſubtilē opationē. Colūba pp̄ ſimplicitatis amo-
rem. Nubes pp̄ eſtuantiū refrigerationē. Ventus pp̄ occultā grāꝝ inſpira
tionē. Ignis pp̄ grē euaporationē. Ros ſiue pluuia pp̄ aīe fecūdationē3.
Mel pp̄ dulciſſimā interioris hoīs imutationem. Oleum pp̄ interiore3 aīe

impinguationē: ⁊ exhilarationem. Multis alijs comparatur diuinus ſpi
ritus: ſed iſta ſufficiant pro exemplo.

¶ Iterū de noībus trāſumptis diffuſius q̄ in cap. 15. Cap. 17.

Omnipotens deus pr̄: ⁊ filius: ⁊ ſpūs ſanctus: vnus atq̄ trinus:
vnus vʒ extat in nā: trinus in pſonis: ſolus inuiſibilis: ſolus im
mēſus: atq̄ incōprehēſibilis: ſolus icircūſcriptus: ſolus incom
mutabilis: incorporeus: ⁊ imortalis. Ubiq̄ pñs ſed latēs. Ubiq̄ totus
Paul. ſed imēſus. Inuiſibilis ē: q2 i ſb̄a ſua oīno videri nō p̄t. Apoſtolo teſtāte
q ait: Quē nullus hoīuʒ vidit: ſed nec videri pōt. Et in euāgelio: deuʒ ne
mo vidit vnq̄. Incorporeus eſt: q2 nullis mēbroꝝ liniamētis ꝯpoſitus ſi
ue ꝯpactus exiſtit. ſicut veritas in euāgelio ait. Spūs eſt deus: ⁊ eos qui
adorāt eū in ſpū ⁊ v̾itate opʒ adorare. Immēſus eſt q2 q̄titas ei⁹ vel q̄li
tas a nullo ex creaturis metiri pōt. Cui Salomon ſupplicās i orōne ait.
Si celū ⁊ celi celoꝝ nō te capiūt: q̄to magis domus iſta quā edificaui? In
circūſcriptus eſt: qm̄ circūſcribi nō pōt. Inlocalis eſt: qm̄ de loco ad locū
Eſay. nō trāſit: ſed neq̄ in loco quolibet retinet̄. Ipſo de ſemetipſo per Eſayam
ꝓphetā teſtimoniū ꝑhibēte ac dicēte. Celū ſedes mea. Terra aūt ſcabel
Miere. lum pedū meoꝝ: ⁊ p Hiere. Nōne celū ⁊ terram impleo dicit dñs. Cuius
Pſal. imenſitatē ꝓpheta in pſal. ꝯfitēs. ait ad ipm̄ deū. Si aſcēdero in celū: tu
illic es: ⁊ ſi deſcēdero in infernū ades. De cuius adhuc imēſitate in libro
Job bti Job ſcriptū eſt. Excelſior celo eſt: ⁊ qd facies? ꝓfundior in iferno: ⁊ vñ
cognoſces? lōgior terra mēſura eius: ⁊ latior mari. Qui. n. celū ⁊ terrā im
plet: ꝓculdubio nullus eſt locus ab eius p̄ñtia abſens. Sup oēm quippe
creaturā p̄ſidet regnādo atq̄ imperādo. Subtus eſt oia ſuſtinendo atq̄
portādo: nō pōdere laboris: ſed ifatigabili v̾tute: qm̄ nulla creatura ab eo
cōdita p ſe ſubſiſtere valet: niſi ab pſo ſuſtenteť: q illā creauit. Extra oia ē:
Malac. ſed nō excluſus. Immutabilis eſt: q2 ab eo qđ eſt: mutari nō pōt. vt Mala
chias ait. Ego dñs ⁊ nō mutor: iō deus imutabilis dr̄: q2 ei furor: ira: peni
tētia: obliuio: recordatio: ⁊ alia his ſimilia nullomō accidūt. Simplex. n.
nā ē: ⁊ imutabilis: atq̄ in ꝑturbata: neq̄ aliud ē ipſe: ⁊ aliud qđ hʒ: ⁊ qđ
eſt. Immortalis eſt: q2 mori nullo mō pōt. Apl'o dicēte. Qui ſolus hʒ im
mortalitatē: lucē habitās inacceſſibilē: quē vidit nullus hoium: ſʒ nec vi
deri pōt. Ubicūq̄ aūt ſacra ſcriptura ſparſim p diuinos libros in deū mo
tus aie: ſeu hūana mēbra deſcribit. ſ. Caput: capillos: oculos: palpebras:
aures: nares: os: labia: linguā: cor: imaginē: vētrē: manus: dexteram: ſini
ſtram: digitos ſiue digitū: brachiū: alas: ſcapulas: poſteriora: pedes. Item
motus aie: irā: furorē: obliuionē: recordationē: pniam: ⁊ alia his ſimilia:
nō carnāliter iuxta hyſtoriā: a recte intelligētibus ſciēda vel accipiēda ſūt.
ſicut a iudeis ⁊ pleriſq̄ hereticis carnaliter ſapientibus: q deū corporeuʒ:
atq̄ locabilē: vel localē opinant̄: ſʒ ſpūaliter de eo oia itelligēda ſunt: ⁊ cō
ſitēda. Siqs āt ad deū hūana mēbra ſeu motus aie: more hūano ineē cre
dit: ꝓculdubio in corde ſuo ydola fabricat. Igiť vt deū ē figuraťr ī deuʒ.
Caput Caput cuʒ legimus. ipſaʒ eēntiā diuinitatis eius (q̄ oia p̄cedit: ⁊ cui oia
Capilli ſunt ſubiecta) intelligere debemus. Capillos v̾o capitis eius: ſctōs ange

los ſeu

los:ſeu vniuerſos electos typice accipi opꝫ. De quo ſacro: in lib. Daniel. Daniel.
ꝓphete ſcriptū eſt. Aſpiciebā donec throni poſiti ſunt: ⁊ antiquus dieꝝ ſe
deat. Ueſtimentū eius q̄ſi nix candidū: ⁊ capilli capitis eius q̄ſi lana mū
da. hec. n. ſignāt p veſtimētū dei cādidū: qd ⁊ p capillos capitis ei⁹: ſctōs
vꝫ angelos: ⁊ multitudineꝫ ſctōꝝ dealbatoꝝ. Uel certe iō capilli eius lane
mūde ꝯparāt: vt p hec antiquus dieꝝ eē credat. Oculos hr̄e dr̄ deus ꝓ eo Oculi
q͛ oīa videt: ⁊ nihil eū latet: in cuius ꝯſpectu (vt ait Apl̄s) nulla creatura Paul.
inuiſibilis eſt. oīa. n. nuda ⁊ apta ſunt oculis ipſius. Aliter vero oculi dn̄i
reſpectu gr̄e eius intelligunt. vt ē illud in pſal. Oculi dn̄i ſup iuſtos. Alr̄ Pſal.
oculi dn̄i p̄cepta eius: p q̄ ſcīe nobis lumē ſubminiſtrāt: miſtice accipiunt.
vt eſt illud in p̄s. Preceptū dn̄i lucidū illuminās oculos: palpebre dn̄i oc Pſal.
culta atq̄ incōprehēſibilia iudicia eius: ſiue ſpūalis in diuinis libris eius Palpe
locus inuenit. De qb⁹ occultis atq̄ incōprehēſibilib⁹ ſacris atq̄ iudicijs i bre
p̄s dr̄. Palpebre eius interrogāt filios hoīuꝫ. i. ꝓbāt. Aures hr̄e dr̄ de⁹: Pſal.
pp qd oīa audit: ⁊ nihil eū ſub ſilētio latet: d quo i li. Sapie dr̄. Auris ze Aures
li audit oīa: ⁊ tumultus murmurationū nō abſcōdit. Nares dei iſpiratio Sapie
eius in corda fideliū. vt ē illud in. ii. Reg. Aſcēdit fumus de narib⁹ ei⁹. i. Nares
lachrymoſa ꝯpūctio penitētiū iſpiratiōe illius. Facies dei ē cognitio diui Regū
nitatis eius ad hoīes: de q̄ cognitione dr̄ in p̄s. Oſtēde faciē tuā ⁊ ſalui eri Facies
mus. i. da nobis faciē tuā: q̄ cognitio hoīb⁹ innoteſcit: ipſo dicēte i Euāge Pſal.
lio. Nemo nouit pr̄eꝫ niſi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Aliter vero
facies ſignat iuiſibilē eēntiā filij dei: de q̄ ipſe deus ad Moſen p angelum
rn̄dēs ait. Poſteriora mea videbis. faciē āt meā videre nō poteris. Os dei Os
filius pr̄is: ⁊ xp̄s dn̄s. de quo Eſa. ꝓpha ex pſona iudeoꝝ ait. Qr os ei⁹ ad Eſa.
iracūdiā ꝓuocabit. Aliter vo os dn̄i ſmo eius accipit: ſiue vbū: de quo
ſmone dn̄i p̄dictus ꝓpha ait. Os dn̄i locutū ē. i. vbū dei filius dei pr̄is: p
quē oīa ſunt facta: de quo i p̄s. Uerbo dn̄i celi firmati ſunt. ⁊ alibi. Miſit Pſal.
verbū ſuū ⁊ ſanauit eos: ⁊ Joā. i. Jn pn̄ erat vbū: ⁊ vbū erat apud deū: ⁊ Joan.
deus erat vbū. Lingua dei: miſtice ſignat ſpūꝫ ſctm̄: p quē deus ſecretum
ſuū hoīb⁹ manifeſtauit. vt dr̄ i p̄s. Lingua mea calam⁹ ſcribe velociter ſcri Lingua
bētis. Labia dei vtriuſq̄ teſtamēti ꝯſonātia itelligit. de qb⁹ in ꝓuer. dr̄. Pſal.
Diuinatio i labijs eius: i iudicio nō errauit os eius. Brachia dei pr̄is: ſin Labia
gulariter filius eius accipit. de quo Hiere. ꝓpha ad ipm̄ ait. Et nunc dn̄e Brachia
deus: q eduxiſti populū tuū de terra egypti i manu forti ⁊ brachio extēſo. Hiere.
Jdcirco āt fili⁹ pr̄is brachiū dr̄: qr creatura electa ab ipo ꝯtinet. Dextera Dextera
dei pr̄is idē vnigenitus accipit. de quo dr̄ in p̄s i pſona hoīs aſſūpti. Dex Pſal.
tera dn̄i fecit vtutē: dextera dn̄i exaltauit me. Alr̄ dextera dei ſignat gl̄iaꝫ
pr̄is ⁊ eternā btitudinē. de quo hr̄ i p̄s. ex pſona pr̄is ad filiū. Sede a dex Pſal.
tris meis. Dr̄ aūt oīs electa creatura ⁊ dextera i terra atq̄ i celo. ſic̄ p ſini
ſtrā re ꝓba creatura. i. dmōes ⁊ oēs ipij: q ad ſiniſtrā poſiti: et̄na ſupplicia
ſuſtinebūt. Man⁹ dei pr̄is fili⁹ dei accipit: ꝓ eo q͛ oīa p ipꝫ fcā ſt̄. ſic̄ i Eſa. Manus
legit. Hec oīa man⁹ mea fecit: ⁊ fcā ſt̄ oīa. Alr̄ vo man⁹ p̄tās itelligit. Hie Eſa.
re. Sicut lutū i manu figuli: ita vos i manu mea: dom⁹ iſrael. Jteꝝ man⁹
dn̄i flagellū accipit. de cuius ꝑcuſſione: in Sophonia ꝓpha ſcriptum eſt. Sopho.

Extendã manũ meã ſuper Judã ⁊ ſuper habitatores iſrael: ⁊ diſperdã de
Job. hoc loco religas Baal ⁊c. Pro qua ꝑcuſſione beatus Job de ſemetipſo ait.
Digitus Manus dñi tetigit me. Digitus dei ſingulariter ſpũs ſanctus accipitur. A
quo ſpũ ſctõ lex in duabus tabulis lapideis ſcripta narrat. Jpſe.n. ſcribit:
qui ſcribenda dictauit.i.ſpũs ſanctus: de quo dñs in euãgelio. Si in digi-
to dei eijcio demonia: filii veſtri in quo eijciunt. Q̃ð alius Euãgeliſta ape
riẽs ait. Si ego in ſpũ eijcio demonia. Sicut.n. digitus cũ manu vel bra-
chio: manus vero cũ brachio: cũ corpe vnũ ſunt in nã: ita pr ⁊ filius ⁊ ſpũs
Digiti. ſanctus tres qdẽ ſunt pſone: vna aũt ſbã diuinitatis. Digiti dei pluraliter
ſancti intelligunt ꝓphete: p quos ſpũs ſanctus libros legis: ac ꝓphetarũ:
Pſal. ſua iſpiratione deſcripſit: de qbus in p̃s dr. Uidebo celos tuos opa digi-
toꝝ tuoꝝ. p celos.n. libros legis ac ꝓphetaꝝ: p digitos vo ſctõs ꝓphetas.
Jmago Jmago dei iuiſibilis vnigenitus eius: de quo apſs ait. Jmago dei inuiſibi
Paul. lis. Aliter nãqȝ imago dei patris in filio ſuo: quẽ nõ aliunde: ſed ex ſemet
ipſo: hoc eſt de ſbãſua: p oĩa ſibi ſimilẽ genuit ⁊ equalẽ. Aliter vo aiaȝ ho
minis: quã nõ ex ſe.i. de ſbã ſua genuit: ſed ex nihilo creauit. Sicut aliter
eſt imago cuiuſlibet regis in filio eius: quẽ ex ſemetipſo genuit ſibi ſilem:
hõ hoiem: aliter vero in annulo eius: ſiue in cera imago illius impſſa: que
Cor nõ eſt hoc qð ipſe: ſicut filius q n Aliter ẽ hõ qð ⁊ pater. Cor dei patris ar
chanum ſapie eius miſtice innuit. Ex quo verbũ.i. filiuȝ ſuuȝ ipa ſſibiliter ſi
p̃s. ne vitio genuit. Jpſo dicẽte in p̃s. Eructauit cor meũ vbũ bonũ. Alas ha
Ala bere legit deus: p eo ꝙ more auis electos ſuos tanq̃ȝ pullos ſub ſe colligit
fouet ⁊ ab inſidijs diaboli: ⁊ maloꝝ hoium ꝓtegit. Uñ ꝓpheta ait. Sub
Scapu. vmbra alarũ tuaꝝ ꝓtege me. Scapulas habere dr deus: qꝛ infirma mem-
Pſal. bra eccleſie quaſi in ſcapulis ſuis portat: de quo in p̃s dicit. Scapulis ſuis
Uẽter obumbrabit tibi: ⁊ ſub pẽnis eius ſperabis. Uenter ſecreta origo ſbe eius
Pſal. accipit: in pſal. Ex vtero ante luciferꝝ genui te. Aliter vterus dei incõpre-
henſibilia iudicia eius: qꝛ rimari nequeunt. De quo occulto iudicio in li-
Job. bro Job dr. De cuius vtero egreſſa glacies ⁊ gelu: de celo qs genuit. poſte
poſterio. riora filij dei incarnatio eius accipitur: de qua poſteriori parte: filius i mõ
te Sinay ad Moſen p angelum ait: poſteriora mea videbis: faciem auteȝ
Pedes meã videre nõ poteris. Pedes ſtabilimentũ vtutis eius: eo ꝙ vbiqȝ pñs:
Eſay. ⁊ vniuerſa illi ſunt ſubiecta: ipſo dicẽte p Eſayã. Celũ mihi ſedes: terra ãt
ſcabelluȝ peduȝ meoꝝ. Aliter pedes dei incarnatio intelligit: q̃ diuinitati
ſubiecta eſt: tanq̃ȝ capiti pedes: ſicut p caput diuinitas: ita p pedes huma-
nitas exprimitur: de qua humanitate i Exodo dr. Uiderunt dñm deũ Mo
Exod. ſes ⁊ Aaron: ⁊ p Adab ⁊ Abiud: ⁊.70. de ſenioribus populi: ſub pedib⁹
Celum eius quaſi lapis ſaphyri: ⁊ quaſi celum cuȝ ſerenum eſt. Jta p celũ ſerenũ
ſerenum ſanctã electoꝝ eccleſiã ex hoibus aſſumptã figuraliter demõſtrare voluit:
ſup q̃s creaturas hõ aſſumptus filius dei in ppetuũ regnat vt in p̃s. Oĩa
ſubieciſti ſub pedibus eius. Sicut ẽt ⁊ p lapidẽ ſaphiꝝ celeſtes creaturas
vel celeſtes angelos. Aliter aũt pedes dñi.i. Jeſu xp̃i ſignificati ſunt ſcti p̃
Deute. dicatores: de qb⁹ i Deute. dr. Qui appropinquãt pedib⁹ eius: accipiẽt de
veſtimẽtũ doctrina eius. Ueſtimẽtuȝ filij dei aliqñ caro eius: q̃ a diuinitate aſſũpta
eſt: in

eſt:in diuinis libris figuraliter accipit̃. De quo idumēto carnis. Eſa. vati-
cinās ait. Quis ē iſte q venit de edom: tinctis veſtib⁹ de boſra. Rurſum
veſtimētuȝ eiuſdē dñi ſctā accipit̃ eccleſia: q̄ p fidē: ⁊ dilectionē: ei ꝯiuncta
eſt. de quo i p̄s ſcriptū eſt. Dñs regnauit decorē iduit. Et in alio p̄s ad ip-
ſum dñm. Cōfeſſionē ⁊ decorē iduiſti ⁊ reliqua. palliū xp̄i: iā dicta ſctā ec-
cleſia eius itelligit̃: de qua in lib. Gene. dr̄. Lauabit vino ſtolā ſuā: hoc ē
in paſſione: ſanguine carnē ſuā. Calciamēta dñi noſtri Jeſu xp̄i miſtice ſi-
gnificāt icarnationē: quā ex mortalitate humani gñis aſſumere dignatus
eſt: de qua icarnatione ſua ipſe i pſalmo ait. Jn idumeā extēdā calciamen-
tum meuȝ. i. in plebē gentiliū maniſeſtabo icarnationē meā. Greſſus: ad-
uentus filij dei i mūduȝ ⁊ igreſſio eius ad patrē: de qb⁹ pſal. ait. Uiſi ſunt
greſſus tui deus: greſſus dei mei regis mei. q de celo venit i vteꝝ virginis:
naſcēdo poſitus eſt in p̄ſepio: poſtq̄ oīa ipleuit ꝑ qb⁹ a patre venerat miſ-
ſus: in ligno crucis appēſus eſt: de cruce v̄o depoſitus: ſm corpus ſepul-
tus eſt. Scđm v̄o aīaȝ: ad iferos deſcēdit. Tertia aūt die p potentiā diui-
nitatis ſue: carnē ſuā de ſepulchro ſuſcitauit. Et poſt dies reſurrectiōis ſue
quadraginta: vidētib⁹ apl̄is: aſcēdit in celū: ſedet ad dexterā patris. i. i glo-
ria eius. Hi ſunt greſſus filij dei. Jſte aſcēſus aut deſcēſus eius: q freq̄ē-
ter in ſacris ſcripturis legit̃. Aſcēdere deus dr̄: cum filius carnē aſſumptā
ex nobis i celuȝ veluti captiuā duxit. vel euexit. Sicut dr̄ i pſal. Aſcendit
in altuȝ captiuā duxit captiuitatē: qꝛ nāȝ humani gñis: q̄ a diabolo i mun-
do captiua tenebatur: aſſumēs ſicut in celum antea nunq̄ fuerat: tanq̄ ca-
ptiua deportauit. Abſcōdere faciē ſuā deus legit̃: cuȝ qbuſdā eoꝝ exigēti-
bus culpis: cognitionē ſuā abſcōdit: ſicut i populo iudeoꝝ nunc videmus
ipletuȝ: q negātes filiuȝ dei: ſciaȝ dei ita pdiderunt: vt ſiles forēt gētib⁹: q̄
deuȝ nō nouerunt. Oſdere faciē ſuā deus dr̄. Cuȝ reſpectu gr̄e ſue: qbuſ-
dā electis ſuis: ſeipm̄: in corda eoꝝ: occulta iſpiratione: iſinuat: ⁊ ad diligē-
duȝ ſe: amorē ſuuȝ iſundit. Sedere dr̄: nō corporaliter more hūano: ſȝ po-
tētialiter ſup oēȝ creaturā rōnalē p̄ſidere. vt eſt illud pſal. Regnabit ſup
oēs gētes dñs deus: ſedēs ſup ſedē ſuā. Sedere ēt ſup cherubin: q iterp̄-
tat̃ multitudo ſeu plenitudo ſcie: p qđ ſcti angeli ſignificantur: ſiue mētes
ſpūaliuȝ viroꝝ: in qb⁹ deus p̄ſidet ⁊ regnat. Jn iuſtis. n. ſedet q ſcia ⁊ dile-
ctione eius pleni ſunt. Jn ꝓuerbijs qppe Salomonis ſcriptū ē: aīa iuſti ſe-
des eſt ſapie. Sapia dei pr̄is eſt: q in aīs iuſtoꝝ ſedere dr̄. Deſcēdere deus
in mundū legit̃: qſi aliqđ nouū: qđ aſi nō fecerat in creatura hūana opat̃:
ſicut filius dei pr̄is deſcēdiſſe narrat̃: qſi verā carnē: ex Maria v̄gine: pp
redēptionē nr̄aȝ ſuſcepit: ⁊ verus hō fieri dignatus: nō amittēdo qđ erat
ſȝ aſſumēdo qđ nō erat: de cui⁹ deſcēſione. i. icarnatione dr̄ in pſal. Jncli-
nauit celos ⁊ deſcēdit: ⁊ caligo ſub pedib⁹ eius. Celos iclinauit: qꝛ aſi ad-
uētuȝ ſuū nuntios angelos miſit ſiue ꝓphetas: q eius aduētū hoīb⁹ nun-
ciarēt. Caligo ſub pedib⁹ eius fuit: qꝛ ipi hoīes ob ſuā malitiā ⁊ pctā: in-
carnationē eius agnoſcere nō potuerūt: ſȝ neq̄ nunc pñt. Stare deus dr̄
cū nos iſirmos. i. creaturā ſuā ad pniaȝ: ⁊ ſuā ꝯuerſionē patiēter ſuſtinet:
vt ē illud i Abacuch ꝓpheta. Stetit ⁊ dimēſus eſt terrā: ⁊ diſſoluit gētes

Esay.
Psal.
Palliū
Geñ.
Calciamenta.
Gressus dñi.
p̄s.
Ascēdere
p̄s.
Abscondere faciem.
Ostēdere faciem.
Sedere
p̄s.
Prouerbi.
Descendere.
Psal.
Stare
Abacuch.

Trāſire i.ſtetit ad ſubueniēdū: ꝛ diſſoluit credētes i ſe a vinculis pctōꝝ. Trāſire deus dr̄: cū cordib⁹ quorundā hoiū: in qb⁹ ante fuerat: poſtea ſurripiente pfidia vel quolibet delicto: ab eis recedit: ꝛ ad alios trāſit: queadmodū de iudeis ad gētes: de heretico ad catholicū: ſeu de qbuſlibet religioſis ꝛ

Recedere negligētib⁹ ꝓ vitio ſuo. Recedere dr̄ deus ꝛ ad alios trāſire: qđ nō localiter ꝛ viſibiliter: ſ; inuiſibiliter: occulto iuſtoq; iudicio facere ↄſueuit. Am

Ambulare. bulare deus dr̄: nō de loco ad locū trāſeūdo (qꝛ impiū ē ita credere) ſ; deambulatio eius eſt in cordib⁹ ſctōꝝ delectatio. ſicut ſcriptū eſt. Inhabitabo in eis ꝛ deambulabo vt inhabitē: ꝛ ero illoꝝ deus. Uel certe ambulare dei eſt in ſctis ꝑdicatorib⁹ ſuis de loco ad locū trāſire. Loq dei: eſt inuiſi-

Loqui biliter ſine ſono vocis aut quolibet ſtrepitu occulte in mētib⁹ ſctōꝝ voluntatē ſuā atq; intellectū iſpirare. ſiue futura: ſicut i ſctis ꝓphetis reuelare: q̄ locutio dei (vt qdā volunt) trib⁹ modis accipiť. ¶ Primo nāq; mō p ſubiectā māin ſicut ad Moſen in rubro: in igne apparuit. ꝛ ſicut Abrahe atq; Jacob ſiue iā dicto Moſi ꝛ ceteris ſctis qb⁹ voluit: in angelis apparere dignatus eſt. ¶ Scđo vero mō in ſomnis ſicut Jacob ꝛ ad Zacha. ꝓphetā: ꝛ ad Joſeph ſpōſū Marie: ꝛ aliis ſctis: qb⁹ voluit ſecretū ſuum reuelare. ¶ Tertio mō: neq; p creaturā viſibilē: neq; p hoiem: ſed occultatm̄ inſpiratione inuiſibiliter corda ſctōꝝ tāgendo loquētes effecit: queadmodū in libris ꝓphaꝝ legiť: cū ipſi ꝓphete: diuino ſubito afflati ſpū exclamant dicētes. hec dicit dn̄s. Uidere dei: eſt facta bona approbare. ſicut ē

Uidere. illud in Gene. Uidit deus cuncta q̄ fecit ꝛ erāt valde bona. i. itelligētib⁹

Gen. bona eſſe demōſtrabat. Aliter videre dei eſt mala hoium ſcienda ꝓbare. ſicut illud Eſa. ꝛ vidit deus malū in oculis eius apparuit. Itē aliter videre

Eſa. dei eſt nos vidētes intēdentes vel itelligētes facere. vt ē illud pſal. Proba

Pſal. me ꝛ ſcito coꝛ meū: interroga me ꝛ cognoſce ſemitas meas. Modus iſte locutionis in li. btī Job ſimiliter reperiť. vbi de ſapia dei pr̄is poſtq̄ plurima ꝛ inſignia locutus eſt de deo pr̄e: adiecit. tunc vidit ꝛ illa; enarrauit ꝛ inueſtigauit: ꝛ ꝑparauit. i. vidētes fecit: atq; ꝑdicātes ꝛ inueſtigātes atq;

Cognoſcere. alios nūciātes. Cognoſcere dei eſt cognoſcētes facere. ſicut ait ad Abraham. Nunc cognoui qꝛ timeas deū. neq;. n. ille ex tpe nouit qd ſint omnia anteq̄ fiāt. ſed cognoſcere dr̄ deus. cognoſcētes facere. vt q prius de ſe quales eēnt: incogniti erāt. p eius interrogationē. i. ꝓbationē iſibi metipſi manifeſti fiāt. Tale eſt. n. illud in lege Moſi de populo iſraelitico: vt tentē; vtrū cuſtodiāt mādata mea: an nō. Neſcire dei: ē quoſdā reprobos re

Neſcire. probare. ſicut illud euāgelij. Neſcio vos vn̄ eſtis. Recedite a me q operamini iniqtatem. Zelare deus dr̄: cum creaturā ſuā: quā nō vult pdere: ſepe

Zelare caſtigat: coꝛripit: atq; flagellat: ꝛ flagellando ad ſe reducit. Uel certe zelare deus dr̄. cū nullū pctī impunitū vult dimittere. Juſtus eſt. n. ꝛ ideo oīs iniuſtitia eſt execrabilis illi: quā vt dcm̄ eſt: impunitā nullo mō patiť.

Iraſci Jraſci dr̄ deus. nō aīe motu vel qualibet ptrubatione: qđ illi olo accidere nō pōt: ſed creature delinquenti. i. hoīb⁹ impijs ꝛ pctōrib⁹. Juſtam diciť deus inferre vltionē: hoc eſt reddere illis q merenť. ꝛ vltio diuina his ꝛ furoꝛ dr̄ eius. Penitēs dr̄ de⁹: nō qꝛ more hoium ꝓ trāſactis opib⁹ ſuis ipm peniteat.

peniteat. q.n.oīa nouit anteq̄ fiant: pro preteritis factis ſuis penitere nō
pōt. ſed pnīa dei eſt ſtatuta mutare. ⁊ qđ prius aliter incboatum fuerat: in Penitēs
aliud mutare. i. aut de bono: exigentib⁹ culpis in malum. ſicut de Saul le
giť penituiſſe deū: q̄ conſtituiſſet eum regē. vel ſicut nūc videm⁹ in popu
lo iudeoꝝ factum: qui cū eſſet populus dei: nunc aūt ob impietatē ſuam
facti ſunt ſynagoga Sathane. De malo aūt in bonū. ſicut accidit in popu
lo gentiū: qui ante nō populus dei: nunc aūt per xp̄i gratiā: fact⁹ ē popu
lus dei. hoc q̄ppe modo occulto dei iudicio: Judas proditor de apoſtola
tus gradu lapſus: in inferni baratro demerſus eſt. Latro vero poſt crimē
impietatis ⁊ rapacitatis de cruce ad Paradiſum trāſlatus eſt. hāc quoq̄
mutationem de bono ad malum (vt dcm̄ eſt) ſiue de malo ad bonum: q̄
occulto iuſtoq̄ dei iudicio: ſiue per ſeueritatē iuſtitie: ſiue p miſericordiā
eius fit: eſſe penitentiā dei dr̄. vt expreſſius in libro Hieremie ſcriptū eſt. Hiere.
Nō penitere dei autē eſt: ſtatuta nō mutare vllo modo. vt illud pſal. Ju Nō peni
rauit dñs ⁊ nō penitebit eum: ⁊ idē pater ad filium. Tu es ſacerdos i eter tere.
num: ſm ordinē Melchiſedech. Sacerdos dei patris diciť filius dei: non Pſal.
ſm diuinitatem: ſed ſm humanitatem: in qua ſe ꝓ nobis p paſſionē ſuā ⁊
mortem: acceptabile ſacrificium obtulit deo patri: vt ipſe eſſet qui ⁊ ſacrifi
cium eſſet. Obliuiſci diciť deus: cum quibuſdā impijs ⁊ pctōrib⁹ non mi Obliui
ſereť: qđ vtiq̄ nō facit per crudelitatē (que in deo non eſt) ſed p occultū ſci.
iuſtumq̄ iudicium ſuum. Indurare dr̄ deus quorundam maloꝝ corda. Induraſ
ſicut de Pharaone rege egypti ſcriptum eſt. Non q̄ oīpotens deus p po
tentiā ſuā coꝝ corda induret: quod impium eſt credere. ſed exigentib⁹ eo
rum culpis: cū duritiam cordis: quam ipſi ſibi oīa. ꝑpetrando: nutriunt:
non auferat. quaſi ipſe ipſos induret: qui iuſto iudicio idurare ſinit. Dor Dormiť
mire dei eſt cum vnigenitus patris in aſſumpta carne pro nobis mori di
gnatus eſt. Cuius mors diciť predictus ſomnus: ipſo dicente per Hiere Hiere.
miam ꝓphetā. Ideo de ſomno quaſi excitatus ſum: ⁊ vidi: ⁊ ſomn⁹ meus
dulcis eſt mihi. Aliter dicitur dormire deus. cum fides eius inter proſpe
ritates huius mundi: ⁊ inter quorūdam fideliū corda non vigilat: ſed dor
mit. hanc dormitionem ipſe ſaluator noſter ſignificauit: cum in naui inter
fluctus maris dormiuit. Uel certe dormire dei eſt: anxijs tardius ſubue
nire. ſicut illud Pſalmi. Exurge quare obdormis domine: exurge ⁊ ne Pſal.
repellas in finem. Uigilare dei eſt in defenſione electorum ſuorum: ⁊ vl Uigilaſ
tione ſuorum inimicorum ſe manifeſtum demonſtrare.

¶ Qđ deus eſt adorandus: formidandus: venerandus: amplexandus: diligendus: requirendus. Cap. 18.

Quamuis. n. nomen dei mirabile ſit affatu. ⁊ inſcrutabile cogita
tu. ⁊ ſicut dicit Job. 36. Magnus deus ⁊ vincens ſcientiam no Job
ſtram: ⁊ inde eſt q̄ magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: ⁊ ſapientie
eius non eſt numerus. Ideo perfectionem ipſius expaueſcēs: de ipſo loq̄
expaueſco. vex ſi fari neſcio: pp hoc nō ceſſabo aliq̄d adhuc balbutire. Di
camus ḡ q̄ q̄uis de diuina eſſentia nō poſſimus aliq̄d dignū loqui. Ideo

de ipſius effectibus: vltra iã dicta: aliqua breuiter pñt dici. De diuina er-
go eſſentia pro nunc nõ querentes: ſolum de iſto vocabulo: deus differra-
mus. Dicamus ergo ꝙ deus h̃z pᵒ eminentiã cuncta p̃excellentẽ: h̃z ſcđo
ſapiam cuncta cognoſcentẽ: tertio h̃z ꝓuidentiã cuncta gubernãtẽ. quar-
to h̃z amicitiã cuncta diligentẽ. ¶ Primo ergo h̃z deus ſupiorẽ eminen-
tiã. Deus. n. eminet ⁊ ſupeſt oĩbus rebus: dignitate: bonitate: ptãte. p̃s.
Pſal. Qm̃ deus rex magnus dñs: terribilis ſup oẽm terrã. Rex inqt. ecce digni
tas. Terribilis. ecce ptãs. Sup oẽm terrã. ecce bonitas. Iſta ergo p̃emi-
nentia eſt cunctis ſupior. ¶ Scđo h̃z ſapiam cuncta cognoſcentẽ ⁊ cũctis
Eccl. limpidiorẽ. vt. n. dr̃ Eccl. 1. Oĩs ſapia a dño deo ẽ. Et ſapie. 6. dr̃. ꝙ deus
ſapie ſapie dux eſt ⁊ ſapientiũ emẽdator. ¶ Tertio in ipſo eſt ꝓuidẽtia cũctis
diſcretior ſeu cũctis occultior. Sicut. n. p occultã ⁊ inuiſibilẽ lune influẽ
tiã: mare viſibiliter regiť ⁊ moueť. ſic p dei prouidentiã mũdus iſte diſpo
p̃s. niť ⁊ ſenſibiliter gubernať. Jõ in p̃s dr̃. Qm̃ rex oĩs terre deus: pſallite ſa
pienter. Rex. n. dr̃. i. rector. ¶ Quarto h̃z amicitiã cuncta diligentẽ: q̃ ẽ
Paul. cunctis p̃carior. Jdeo. 1. Cor. 13. dr̃. Ipſe dr̃ deus pacis ⁊ dilectiõis. Si
ſapie. cut. n. dr̃ Sap. 12. Ipſe diligit oĩa q̃ ſunt: qm̃ ſua ſunt. Propter iſtas ꝯ ⁊
alias pfectiones diuinas deo tria debenť. Nã primo deus ẽ colendus: ⁊ h̃
pp deitatẽ. Scđo ẽ honorãdus: ⁊ hoc pp dignitatẽ. Tertio ẽ metuẽdus
⁊ hoc pp poteſtatẽ. Quõ aũt ſit deus declarať in p̃s. Deus: iudex: iuſtus:
Pſal. fortis: ⁊ patiẽs. Nã primo ẽ deus: iõ adorãdus. Scđo eſt iudex: ideo for-
midãdus. Tertio iuſtus: iõ honorãdus. Quarto fortis: iõ amplectẽdus.
Quinto patiẽs: iõ diligẽdus. Sexto clemẽs: ideo requirẽdus. Iſte. n. h̃z
plenitudinẽ ſctitatis: qꝛ deus. Celſitudinẽ dignitatis: qꝛ iudex. Rectitu-
dinẽ veritatis. qꝛ iuſtus. Magnitudinẽ ptãtis. qꝛ fortis. Fortitudinẽ fir-
1 mitatis. qꝛ patiẽs. Mititudinẽ pietatis. qꝛ nõ iraſciť. Dico igiť primo ꝙ ẽ
Deute. adorãdus pp excellentiã deitatis. Jſte ẽ. n. deus ſolus. Deute. 6. Tuus
deus vnus eſt. Jdeo ibidẽ p̃cipiť. dñm deum tuum adorabis ⁊ illi ſoli ſer
Ply. uies. Elephas. n. eſt aĩal valde diſciplinabile: ſm Pli. Dr̃. n. cognoſcere re
gẽ: ⁊ eum adorare. Sic nos vere debemus cognoſcere regẽ. ſ. dñm deũ q
eſt rex noſter ante ſecula: ⁊ q opatus eſt ſalutẽ in medio terraꝝ. per fidẽ ⁊
dilectionẽ: ⁊ debemus adorare per reuerẽtiã ⁊ deuotionẽ. Deus inquit.
Apoc. Unde Apoc. 19. dixit. Angelus Joãni eum adorare volenti. Uide ne fe
ceris: ꝯſeruus tuus. n. ſuũ: ⁊ fratrũ tuoꝝ. deũ adora: q̃ſi dicat. Noli ado
rare creaturã: ſed creatorem. Quod eſt contra ydolatras: ſacrilegos: ideo
adorandus. ¶ Scđo dico ꝙ ipſe eſt formidãdus. qꝛ. ſ. iudex. Aues. n. ti-
2 ment aquilã: beſtie leonẽ. maleſactores iudicem. Aues. n. predales audi-
ta voce aquile: ipſa die nõ audent predari. Beſtie etiam de circulo a leone
facto non audent egredi. Latrones etiam in preſentia iudicis nõ audent
furari. Sic vere nos debemus timere leonem. aquilam. ⁊ iudicem noſtrũ:
ſcilicet deum: ita ꝙ in eius preſentia: qui vbiq eſt: non debemus audere
Amos aliquid forifacere: nec de circulo mandatorum ſuorum egredi vel exire.
Oſee. Amos tertio. Leo rugiet: quis non timebit? ⁊ Oſee vndecimo dicitur. Jp
Eccl's ſe rugiet ⁊ formidabunt filij matris. Unde Eccleſiaſtes. 12. dicitur.

Deum

Deū time: ⁊ mādata eius obſerua. Et Apoc. 14. Timete dñm: ⁊ date illi Apoc.
honorē: ⁊ adorate eū. Merito ḡ ɔcludit: ꝙ iſte eſt iudex terribilis ⁊ formi
dādus. ps. Terra tremuit ⁊ quieuit dū reſurgeret i iudicio deus. Jpe. n. Pſal.
eſt iudex ſubtiliſſimus ad iudicandū. Seueriſſimus ad puniēdū ⁊ vindi=
candū. De ſua ſagacitate dr in ps. Juſtitia tua iuſtitia in eternū ⁊c. De ſe= Pſal.
ueritate ꝟo ſua dr in ps. Deus vltionū dñs: deus vltionū libere egit. Eſt Pſal.
ꝰgit deꝰ formidādus. iō ait. iudex. ¶ Tertio dico ꝙ deus ē digne ⁊ iure ve 3
nerādus: iuſtus inqt. Inter ceteras. n. ꝟtutes iuſtitia magis placet. hanc Juſtus
.n. impreſſit deus in hominis aīo. l. in illa pte ſupiori rōnis: q ſynderesis
appellat: q. ſ. in oibus iuſtitiā ſequtur: ⁊ ſi qs ɔtrafecerit: ſtatim ɔdicere ⁊ re
clamare ſentitur. Qr ḡ deus p ſe ⁊ ſimpliciter ē iuſtus: pp hoc a nā hūana
dz diligi: ⁊ oī diligentia venerari. Juſtus. n. eſt: qr nemini iniuriā facit:
vnicuiqȝ ius ſuū tribuit: ⁊ a veritatis iuſtitia: ⁊ rōnis regula nō diuertit.
Vn̄ ipſe dicit Eſaye. 45. Deus iuſtus ⁊ ſaluās nō eſt preter me. Et Dan. Eſay:
9. Juſtus dñs deus nr̄ in oibus operibus ſuis. Et iō dicit iuſtus: ⁊ ſic eſt
diligendus ⁊ venerādus. iuſtus inqt. ¶ Quarto dico ꝙ ipſe eſt appeten= 4
dus: ⁊ per ſpē amplectēdus: ⁊ hoc quia fortis. Melius eſt. n. initi rei forti Fortis
quā debili. Vn̄ ēt de illo piſce q dr Nautilus. legit. Qd vt ſtatim ſentit tē
peſtatē: ad fundū deſcendit: ⁊ alicui rupi vel lapidi adheret firmiſſime: vt
pōdere lapidis teneatur: ne fluctibus eijciat a mari. Etiā Urſus ⁊ Ele=
phas fortē arborē cui innituntur (dum dormiunt) ſolent querere: ne con=
tingat eos: dum dormiunt cadere vel perire. Sic ⁊ nos deo: q fortiſſimus
per ſpem ⁊ deſideriū innitamur: ⁊ cū affectionis brachijs amplectemur: vt a
fluctibus tentationū ⁊ tribulationū ipſius fortitudine liberemur. 2. Re= Regum
gum. 22. Deus meus fortis: deus meus ⁊ ſperabo in eū. Et. 2. Reg. 23.
Deus iſrael mihi locutus eſt fortis iſrael. Et vere fortis eſt: ad pugnandū
p nobis valide. qr p hūc hoſtes expugnāt. Nee. 4. Deus nr̄ pugnabit p Nee
nobis. Jtē fortis ē ad adiuuādū: qr p hūc debiles iuuant. ps. Deus adiu Pſal.
tor nr̄ in eternū. Et alibi. Btūs cuius eſt dñs adiutor eius: ſpes eius i dño
deo ipſius: q fecit celū ⁊ terrā. Jtē fortis eſt ad ſuſtentādū depſſos: qr p
hunc infirmi ſuſtētantur. ps. Deus nr̄ refugiū ⁊ virtus. Jtē fortis ē ad Pſal.
debellandū demones: qr per hunc tyrāni repmunt: ſeu ēt demones refre=
nant. Daniel. 6. paueāt ⁊ ɔtremiſcāt deū Danielis. ipſe. n. ē vincēs: q. ſ. Daniel.
ɔcluſerat ora leonū. Et breuiter deus eſt fortiſſimus. qr ſicut dr̄. Nū. 23. Nū.
Deus eſt cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinoceroti: qr ſicut dr Eſa. 9. Jpſe ē Eſaye
deus fortis: pr̄ futuri ſeculi. princeps pacis. pȝ ḡ ꝙ iſte ē appetēdus ⁊ am
plectēdus. qr fortis. ſit. ¶ Quinto dico ꝙ deus eſt diligēdus ⁊ frequētā 5
dus: qr patiēs eſt. hō. n. q eſt mitis: dulcis: ⁊ patiēs. libētius ab alijs fre=
quētat. ⁊ plus diligitur ⁊ amat. Jſte. n. ē patiēs. qr non cito ꝓrumpit ad
puniēdū. Qr faciliter erūpit ad indulgēdū: finaliter eñ dirūpit ad vindi=
candū. Nō dico ſolet ad puniēdū cito ꝓrumpere. Job. 35. Nō fruſtra ḡ Job.
audiat deus. Seqtur. Nunc aūt nō infert furorē ſuū nec vlciſcitur ſcelus
valde. Jtē facile ſolet ad indulgēdū libēs erumpere. Jpſe. n. magis ē mi
ſericors ꝙ̄ iuſtus: q̄tū apparet in effectibus. ps. Deus meus miſericor= Pſal.

dia eius ꝑueniet me. Itē finaliter ſolet ad vindicandū ſeruēs dirumpere.
Ecci. q2.ſ.poſtq̄ diu patiens expectauerat: ſeruēter ad vindicandum inſurgit.
Eſa. Vn̄ Ecci.5. Altiſſimus eſt patiēs redditor. Unde Eſa.42. Hec dicit dn̄s
deus: creās celos. Seq̄t. Tacui ſp ſilui: patiēs fui quaſi parturiēs loq̄r:
Petri diſſipabo ⁊ abſorbebo ſimul. Ipſe.n. nūc videt eſſe patiēs: q2 ſicut dr̄.2.
6 Petri.2. Patiēter expectat deus nolēs aliquē perire: ſed oēs ad pniā₃ re
uerti. ¶ Sexto ē pie reqrendus: q2 nō iraſcit p ſingulos dies. Judith.8.
Nō.n. quaſi hō ſic deus cōminabit: nec vt filius hois ad iracūdiā ꝯcitabi-
tur. Verūtamē q̄to ſua patiētia eſt lōgior: tanto (niſi ꝯuerſi fuerimus)
erit pena grauior ⁊ acerbior. Niſi.n. ꝯuerſi fueritis: gladiū ſuū₃ vibrauit:
Vale. arcū ſuum tetēdit ⁊ parauit illū. Et Valerius ait. Lento.n. gradu ad vin
Paul. dictā ſui diuina ꝑcedit ira: tarditatēq₃ ſupplicij grauitate ꝯpenſat. Unde
Roma.2. dr̄. An diuitias bonitatis dei lōganimitatis ⁊ patiētie ꝯtēnis?
an ignoras qm̄ benignitas dei ad pniam te adducit: ſm duritiā tuā ⁊ impe-
nitēs cor tuū₃: theſaurizas tibi irā i die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicij dei.
P₃ igitur qualiter deus eſt adorandus. q2 iudex formidandus. q2 iuſtus:
venerandus. q2 fortis: iō eſt amplectendus. q2 patiens frequentādus ⁊ di-
ligendus. q2 non iraſcitur eſt requirendus.

¶ Q̄d deus pro creatura aliqn̄ ſumitur. Cap.19.

Deitatis nomē nō ſolum ad creatorē refertur: ſed ēt aliq̄n trāſfer
tur ad creaturā: que deus dr̄ tm̄ nuncupatiue. Et ſic dico q̄ i ſa-
cra ſcriptura inueniunt quinq₃ gn̄a deoꝝ: v₃. iuſti: demones: pec-
cata: tyrāni: ⁊ hypocrite. Primi ſunt dij quos iuſtitia facit perfectos. Se
cundi ſunt dij quos ſtultitia facit erectos. Tertij ſunt dij quos neq̄tia red
dit infectos. Quarti ſunt quos potētia dedit ꝓuectos. Quinti dicuntur
dij quos fallacia fecit correctos. ¶ Primo dico q̄ inueniunt aliq dij ma-
gne iuſtitie ⁊ pfectionis: ⁊ ſic per deos intelligunt viri iuſti: q a cōibus cō
ditionibus ſunt ſepati: ⁊ ab humanis vitijs alieni: q.ſ. ſunt in celis celeſtia
ꝯtemplando. Sunt imortales ſemp in ſtatu gr̄e pſeuerādo. Sunt inuiſi
biles ſe a viſibus hūanis p humilitatē occultādo. Sunt oi ſciētes diuinā
ſapiam amplectēdo. Sūt oipotētes mirabilia opa faciēdo ⁊ terribilia ſuſ-
Pſal. tinēdo. Iſtis igit loq̄tur Dauid in pſ. Ego dixi dii eſtis ⁊ filii excelſi oēs.
Iſti.n. dicunt dii. q2 p̄cellunt alios eleuata affectione: p̄cellunt alios
ſingulari ꝯuerſatione: p̄cellunt alios pia ⁊ humili deuotione ⁊ cōpaſſio
ne. Iſti.n. ad celeſtia p̄ ceteris eleuant. Vn̄ de Samuele ſuſcitato ⁊ alijs
Regum aſſociātibus eū. Dr̄.1.Reg.28. Deos vidi aſcēdentes de terra. Itē ſup
Daniel. mortales ſingulariter ꝯuerſant. Danie.2. preter deos quoꝝ nō eſt cū ho-
minibus ꝯuerſatio. Itē ad hoies miſericorditer ⁊ humiliter inclinantur.
Actuum Vn̄ de Paulo ⁊ Barnaba dictū fuit Act.14. Dii ſimiles facti hoibus deſcē
derunt ad nos. Iſti ſunt ergo dii magne bonitatis ⁊ pfectionis. ¶ Scdo
dico q̄ inueniunt dii magne vanitatis ⁊ deceptionis. Et iſti ſunt demonia
⁊ ydola: q̄ dii ab hoibus ſunt putata: de qbus in pſ dr̄. Oēs dii gētiū de-
monia. Iſti ēt dr̄ dii alieni. q2.ſ. qcqd aliud a deo vero credit: alienum ⁊
Exod. inutile reputat. Exo.20. Nō habebis deos alienos. Q̄n aūt humana rō

a cultu

a cultu veri dei declinauerit. et diis istis.s.demonibus ⁊ ydolis adheſerit
ſtellaſq; ⁊ virtutes reꝝ deos putauerit: ⁊ nō vnum ſed plures crediderit ⁊
adorauerit. Vide Lactantiū de ortu falſe religionis deoꝝ. Vide ēt Sap. Lactā.
14. Sicut.n.dr.4.Reg.17. Vna queq; gens fabricata ē deū ſuū. Sꝫ Regū.
dr in ps. Nō eſt deus p̄ter dn̄m: ⁊ nō erit deus p̄ter deū nr̄m. Et iō i ps. Pſal.
Nō erit in te deus recēs: neq; adorabis deum alienum. Et Deutero.32. Deute.
Vide q̄ ego ſum ſolus ⁊ non ſit alius deus p̄ter me. ¶ Tertio dico q̄ in
ueniunt dii magne prauitatis ⁊ īfectionis. Et ſic dico q̄ pctā ⁊ ēt bona ter
rena: q̄ a malis ſup oia diligunt: ⁊ qbus a malis ſeruit ⁊ obedit: dii coꝝ re
putant. Illud.n.qđ qſq; p ceteris colit ⁊ diligit deū ſuum facit. Et inde ē
q̄ auari faciūt deū ſuū de pecunia. Delitioſi de gula ⁊ luxuria. Supbi
de ſeculari eminētia ⁊ potētia. de auaris pꝫ: q2 auaritia dr ydoloꝝ ſeruitus
ab Apoſtolo. De gula ēt pꝫ: q2 ſicut dr Phili.3. hoꝝ deus venter ē: ⁊ glo Paul.
ria in ꝯfuſione: q terrena ſapiūt. De ſupbia ⁊ mūdi eminentia: pōt dici illđ
2.Cor.4. Deus huic ſeculi excecauit mētes infideliū: ⁊ illud.3.Reg.20. Paul.
Dii mōtiū ſunt dii coꝝ. Legit.n.qūo incole terre ꝓmiſſionis ibidē p Na Reg.
bucodonoſor inſtituti: fecerūt ſibi diuerſos deos: ita q̄ veri dei cultū non
ſeruauerunt: ſꝫ ſinguli ſꝫ morē terre de qua venerāt: deos diuerſos fabri
cauerūt ⁊ adorauerūt: pp qđ a leonibus (dei iudicio) moleſtati fuerūt: ſi
cut dicitur.4.Regum.17. Neſciebant enim legitima dei terre. Sic ve=
re dico q̄ multi ſunt in terra ꝓmiſſionis.i.in eccleſia vel fide xp̄iana q legi
tima dei terre.i.dei mādata relinquūt: ⁊ deos alienos.i.pctā qbus ſeruiūt.
introducūt. Et nō miꝝ ſi leones īfernales ipſos ad mortē eternā deducūt.
Hiere.16. Seruietis diis alienis q nō dabūt vobis requiē die ac nocte. Hiere.
Bona.n.huius mūdi vel ēt vitia ⁊ delectabilia nunq̄ dant requiē poſſeſ=
ſoribus ſuis. Solus nāq; deus eſt in quo pōt qeſcere mēs hūana: iuxta il
lud Aug. Inqetū eſt cor meū bone Ieſu niſi qeſcat in te. Tales igit q veꝝ
deū relinquūt ⁊ de terrenis bonis ⁊ vitiis deos ſibi faciunt: pſit figurari in Aug.
illo rege iſrael Amaſia. đ quo.2.Parali.25.dr. q̄ allatos deos filiaꝝ ſeyr
ſtatuit deos ſibi. Seyr.n.q interp̄tatur hyſpidus vel hirſutus mūdanos Parali.
ſignat: q.ſ.p malā ꝯuerſationē ſunt hyrſuti: ⁊ hirſuta pelle diuitiaꝝ iduti.
Dii aūt illoꝝ bona terrena ſignāt: ad q̄ colēda oino ſunt debiti atq; dati.
Rex igit iſrael deos filioꝝ Seyr in deos ſibi accipit: qn̄.ſ.vir eccleſiaſticus
bona ⁊ vitia mūdanoꝝ: in ſe ipſo collocat atq; ponit: ⁊ qn̄ ipſa amplectit ⁊
colit: ꝯtra illud p̄dictū ps. Nō erit in te deus recēs: neq; adorabis deum
alienū: ego.n.ſum dn̄s deus tuus qui eduxi te de terra egypti. Iſti ſunt Pſal.
ergo dii magne prauitatis ⁊ infectionis. ¶ Quarto dico q̄ inueniunt dii 4
dure p̄tātis ⁊ luaſionis: q ꝓ certo ſignāt mundi diuites ⁊ tyrānos: q.ſ.ho
nores diuinos a ſubditis ⁊ paupibus vident exigere: ⁊ ſe deos inter alios
reputare. Nōne Saturnus ⁊ Juppiter reges Crete fuerunt: qui tamē a
ſimplici populo ſe deos credi ⁊ appellari fecerūt: ⁊ vt magis timerentur ⁊
honorarent a ſubditis ſe deos ⁊ imortales finxerunt. Sic ergo hodie vidē
tur noſtri diuites ⁊ tyranni facere: quia.ſ.vltra humanam naturam viden
tur ſe eſſe aliquid credere: ⁊ ad hoc ac ſi de mortalitate aliquid non

haberent oībus ſe ꝑferre. Jſti videntur figurari in Nabucodonoſoꝛ rege ſupbo: q̄ ſue moꝛtalitatis oblitus: ꝓceperat oēs deos terre exterminari: vt

Judith. ipſe ſolus deus terre diceret. ſicut dr̄ Judith. 3. Sic ꝓculdubio mūdi diuites ⁊ tyrāni ſoli dij. i. magni ⁊ autētici in ſua patria apparere volūt. Et idō oēs alios ꝓ poſſe ſuo eradicāt: ⁊ ꝯfundunt. Et iſti ꝓprie dr̄r Nabucodonoſoꝛ qui interꝑtatur ſedēs in anguſtia: qꝛ ꝓ certo tales multis anguſtijs ſe ſubijciunt: vt dij vocari ⁊ magni hoīes reputari ⁊ alijs ꝑferri pñt: tantū th̄ faciunt ꝙ ipſi quaſi dij reputātur: ita ꝙ ſimplices dicūt illud Judith. 5. Nabucodonoſoꝛ deus terre eſt. Et idō tales dij in ſupbiā multum

p̄s. eleuātur. p̄s. Dij foꝛtes terre vehemēter eleuati ſunt. Jtē tales dij a ſimplicib⁹ nimis honoꝛātur. qꝛ. ſ. ſimplices magis honoꝛāt iſtos q̄ȝ deuȝ. p̄s.

p̄s. Jmolauerunt demonijs ⁊ nō deo. dijs quos ignoꝛabāt. Jtem cum ſeuitia principant̄ plebi. qꝛ. ſ. iſti ꝑ crudelitate ſunt ſicut demones. p̄s. Oēs dij

p̄s. gētium demonia. pȝ ergo qūo inueniunt̄ dij dure ꝑtātie: inuaſionis ſiue

5 elationis. ¶ Quinto dico ꝙ inueniunt̄ dij ficte vanitatis ⁊ paliationis. Et ꝑ iſtos intelligo quoſdā ſingulares vel hypocritas: qui ſunt in eccleſia vel in religione. qui. ſ. quibuſdā ſingularitatibus moꝝ: ab alijs gloꝛiant̄ differre. Vñ ac ſi eēnt dij nō hoīes: ſolēt alios ꝯtēnere ⁊ ſe ꝑferre. Jſtis loquitur dñs Ezech. 28. dicēs. Eleuatū eſt coꝛ tuū: ⁊ dixiſti deus ſum ego: ⁊

Ezech. nō hō: ⁊ in cathedra dei ſedi: in coꝛde maris: cum ſis hō ⁊ nō deus: ⁊ dedi ſti coꝛ tuū quaſi coꝛ dei. Et re vera multi ſunt ita ꝓſumptuoſi: qꝛ ſtatim ꝙ vidēt ſe eſſe in cathedra dei. i. in officio ꝓlature: vidētur ſe deos magis q̄

p̄s. hoīes credere: cum th̄ eos moꝛtales ſicut alios hoīes ꝯſtet eſſe. p̄s. Ego dixi dii eſtis ⁊ filii excelſi. ſ. in fatua extimatione veſtra. Sequit̄. Uos autē ſicut hoīes moꝛiemini: ⁊ ſicͭ vnus de principibus cadetis. Et iſti ꝓꝓe ſunt dii alieni: qꝛ. ſ. ac ſi differrēt ſpecie ab aliis hoīb⁹ ſe reputāt ab eis alienos.

Joſue. Et ꝑꝑ hoc iſti ſunt ab hoībus ꝯtēnendi ⁊ de alioꝝ medio ſubmouēdi. Joſue. 24. Auferte deos alienos de medio veſtri. Jlli. n. qui ꝓpriā ⁊ humanam fragilitatē nō cognoſcunt: neſciunt cuȝ aliis cōmoꝛari: nec ēt ab aliis honoꝛari: ſed tanq̄ dii in ſua vana celeſti ꝑfectione ſciunt gloꝛiari. Jſti. n. ꝓprie ſunt dii ꝯflatiles. qꝛ. ſ. nihil exn̄tie habēt: ſȝ ad modū flatus ſeu vēti

Leui. pleni ſunt vanitate. Leui. 19. Nec deos ꝯflatiles facietis vobis: certe ipſi nō ſunt dii. pȝ ergo qūo dii ⁊ deus moꝛalr̄ loq̄ndo multis modis ſūmunt̄.

¶ Qꝺ Jeſus ē ſuſtētatoꝛ: ſaluatoꝛ: ⁊ floꝛidus ꝯuerſatoꝛ. Cap. 20.

Jſtud nomen Jeſus: cōiter ſignat dñm ſaluatoꝛē. Et q̄uis poſ

1 ſit diuerſimode applicari: ſicut ⁊ alia noīa: nō decet th̄ ꝙ ad ſignificādum aliquid aliud trāſmutet̄: qꝺ ad ſignificādū ꝑſonā ſaluatoꝛis ē ſingulariter aſſumptū. Diſtinguamus igit̄ breuiter de iſto noie: ⁊ dicamus. p° ꝙ iſtud nomē Jeſus: eſt nomē benignitatis. qꝛ benigniter mi

Marci. ſerebat̄. vnde ipſe dicebat Marci. 8. Miſereoꝛ ſup turbā: qꝛ ecce iā triduo ſuſtinēt me: nec habēt qꝺ māducēt. Et idō qꝛ benignus ⁊ miſericoꝛs ē: ad ipm̄ eſt ꝑcipue recurrēdum: ⁊ eius auxiliū iploꝛādū. Exēplo cerui q̄ arctatus a canibus deſperās de euaſione: vltro refugit ad hominem. fm̄ Jſido.

Jſido. Sentiēs ipm̄: inſtinctu nāe: eſſe aīal miſericoꝛs ⁊ benignum. Sic faciebat

ille

ille cecus. Luce. 17. Jesu preceptor miserere mei. Misericordia vero sua be Luc.
nigne apparuit. Luc. 19. Ubi puidens miserias ciuitatis Hierusalē fle Luc.
uit super eā. Et Joā. xi. Ubi cōdolens Lazaro mortuo lachrymatus ē in Joan.
per sepulchrū. ¶ Scdo Jesus ē nomē vtilitatis. qr vtiliter opabat. Ope 2
ra. n. q̄ faciebat testimoniū phibebant de ipso. Jste. n. operatus est salutē
in medio terre. sicut dr̄ Abacuch. 3. vnde de ipso dr̄ Act. 1. ꝙ cepit facere Abacuc.
Jesus ⁊ docere. ¶ Tertio Jesus: est nomē humilitatis: qr hūiliter cōuer 3
sabat. Jste. n. fuit humilis in nascēdo: humilis in viuēdo: humilis in mo
riendo. Qr sicut dr̄ Phili. 2. Hoc sentite in vobis qd̄ ⁊ in xp̄o Jesu: q cū Philip.
in forma dei esset: semetipsum exinaniuit: formā serui accipiēs: ⁊ habitu in
uentus vt hō: hūiliauit semetipm factus obediēs vsqz ad mortē. ¶ Quar 4
to Jesus est nomē nobilitatis. qr nobiliter dominabat. Qr. s. iste ē ille hō
nobilis q venit in regionē longinquā huius mūdi accipe sibi regnū. Luc.
19. Et iō de isto scribit. ꝙ iste est Jesus nazarenus rex iudeoꝝ. Joā. 19. Luc.
Luce. 23. Uñ poterat ipse dicere oīb' sibi deuotis illud Act. 22. Ego sū Ioan.
Jesus nazarenus quē vos queritis. Jn quib' v̄bis ostdit ꝙ Jesus ē amā Luc.
dus: querēdus: laudādus: ⁊ magnificādus: triplici rōe. qr. s. iste primo ē Actuuz
fortissimus sustētator. Scdo est pijssimus liberator. Tertio est mundissi
mus pūersator. Primū probat dictio solida. ego sum: sed scdm dictio flui
da. Jesus. i. Saluator. Sed tertiū dictio florida. Nazarenus. qui interp̄
tat florēs. Jste. n. fuit solidus sustētando. Ego sum. inquit. Fluidus in
adiuuādo. Jesus. Floridus nitide pūersando. Nazarenus. ¶ Primo igit
dico ⁊ cōsulo vt queramus ⁊ diligamus Jesū sicut solidū sustētatorē. qr
dr̄. Ego sum. Oē. n. debile ⁊ fragile qd̄ p se neqt stare: indiget aliquo forti
⁊ solido: cui sua fragilitas initat. Et iō videmus ꝙ debiles ⁊ infirmi indi
gent aliquo magno ⁊ forti: cui possint initi: ⁊ p quē portent ⁊ sustineant.
Aque. n. nāliter indigent terrena firmitate inferius: vt p terre firmitatē:
aque fluxibilitas portet. Et indiguerūt aque firmitate celi supius: vt p ce
li soliditatē: aquea labilitas sisteret. Jdeo dr̄. Gen. 1. fiat firmamentū in Gen.
medio aquaꝝ. Uinee ēt q̄ sunt debiles indigēt aliqua alia firmitate. Et iō
palis fixis solēt ligari: vt eaꝝ possit fragilitas sustētari. Sic ⁊ nos qui su
mus in hac vita. Qr faciliter p tentationes vincimur: sumus infirmi. Qr
p affectiones faciliter labimur: sumus aque. Qr faciliter p delectationes
flectimur: sumus vinee. Jdeo valde indigemus ꝙ ad xp̄m Jesum sicut ad
quid forte ⁊ solidū: recurramus. Qr. s. ipse ē ita firmus ⁊ solidus: ꝙ pōt
nostrā fragilitatē portare: nostrā labilitatē sistere: ⁊ nostrā flexibilitatem
firmiter sustinere. Qd̄ ostendit cum dr̄. Ego sum. Jstud. n. verbū. sum. ē
verbū substatiuū significās essentiā: sbā: fortitudinē ⁊ firmitatē. Qd̄ be
ne notauit cū dixit Moysi illud Exod. 3. Ego sum q sum. sequit. Qui ē mi
sit me ad vos. Uñ Luc. 23. hic est Jesus nazarenus rex iudeoꝝ. Et Joā. Exod.
18. Quē queritis? Rñderunt. Jesum nazarenum. dixit eis. Ego sum. Et Luc.
Act. 9. Ego sum Jesus nazarenus quē tu psequeris. Ad denotandū ꝙ Ioan.
iste est per se ⁊ nō per participationē. Jste. n. est sicut Adamas cuius exi Act.
stentia nō ferro vincit: nec igne crematur. Est ēt sicut colūna cypressina: que

onere nõ deprimitur. nec aliquo graui flectitur. q2.ſ. tanta ẽ ſua firmitas: bonitas ꝛ fidelitas. ꝙ qcunqꝫ ei ꝑ deuotionẽ ꝛ ꝯfidentiã initit: ab ipo in uat: fouet: ꝛ ſuſtentat: ꝛ in oibus tribulationib⁹ ſuſtinet. Ego ſuꝫ. ingt.

Ioan. Et ſi q̃reretur ab eo illud qđ q̃ſituꝫ ẽ ab ipſo Jo. 8. Tu qs es. Ipſe pt rñ dere ꝛ dicere. Ego ſum ſuſtẽtator oīs debilitatis. Illuſtrator oīs obſcuritatis. Expiator oīs iniqtatis. Renouator oīs antiqtatis. Impator grãdis auctoritatis. Predicator magne ſagacitatis. Satiator magne fertilitatis. Cõſolator magne ſecuritatis. Gubernator magne benignitatis. Amplexator magne fidelitatis. Tolerator oīs aduerſitatis. Miniſtrator oīs humilitatis. Reparator oīs mortalitatis. Dico igitur ꝙ rñdendo ad qõneꝫ. Tu qs es? ipſe poteſt ſe vocare debilitatis ſuſtentatorẽ. Et iõ ipſe põt dicere illud.

Gene. Gen. 46. Ego ſum fortiſſimus deus patris tui. Itẽ vocat ſe obſcuritatis illuſtratorẽ.

Ioan. Uñ ipſe põt dicere illud. Jo. 8. Ego ſum lux mundi.

Eſa. Et illud Jo. 12. Ego lux veni in munduꝫ: itẽ vocat ſe iniqtatis expiatorẽ.

Eſa: Uñ Eſa. 43. Ego ſum q deleo iniqtates ꝑꝑ me dicit dñs. Itẽ vocat

Eſa. ſe antiqtatis renouatoreꝫ. Uñ Eſa. 43. Ecce ego facio noua. ꝛ. 44. Ego ſum dñs faciẽs oia. Itẽ vocat ſe auctoritatis impatorẽ. Unde ipſemet dixit Pylato. Tu dicis q2 rex ſuꝫ ego. et Eſa. 43. Ego ſum dñs: ꝛ abſqꝫ me

Eſa. nõ eſt ſaluator. itẽ vocat ſe ſagacitatis ꝑdicatorẽ. Unde Eſa. 43. Ego qui loquor iuſtitiã ꝛ ꝓpugnator ſum ad ſaluãdum. itẽ vocat ſe fertilitatis ſa

Ioan. tiatorẽ. Uñ ipſe dicit Jo. 6. Ego ſuꝫ panis vite. itẽ vocat ſe ſecuritatis cõ

Math. ſolatorẽ. Math. 14. Ego ſum nolite timere. ꝛ Eſa. 66. Ego ꝯſolabor vos

Eſa. in Hieruſalẽ cõſolabimini. itẽ vocat ſe benignitatis gubernatorẽ Joã. x. Ego ſum paſtor bonus: ꝛ cognoſco oues meas. itẽ vocat ſe fidelitatis am

Ioan. plexatorẽ. Jo. 12. Que ego loquor ſicut dixit mihi pr ſic loquor. quaſi dicat. Nolo loqui niſi qđ mandatuꝫ eſt mihi a pre q miſit me. q2 deſcẽdi de celo nõ vt faciã voluntatẽ meã: ſed voluntatẽ eius q miſit me. itẽ vocat ſe aduerſitatis tolleratorẽ.

Act. Act. 9. Quis es? Ego ſuꝫ Jeſus nazarenus quẽ

Luc. tu ꝑſequeris. itẽ vocat ſe hũilitatis executorẽ vel miniſtratoreꝫ. Luc. 22. Ego autẽ in medio veſtri ſum ſicut q miniſtrat. itẽ vocat ſe mortalitatis re

Ioan. paratoreꝫ. Jo. xi. Ego ſum reſurrectio ꝛ vita: q credit in me etiam ſi mor

Ioan. tuus fuerit viuet: ꝛ Jo. 14. Ego ſuꝫ via: veritas: ꝛ vita. Ad Jeſum igit ẽ recurrenduꝫ: ꝛ ipſius auxiliũ deuotiſſime regrenduꝫ: q2.ſ. tot bona pt hominib⁹ facere: ꝛ tãtis beneficijs fragilitatẽ hoium ſuſtinere: qđ oñdit cũ

Act. 2 dr. Ego ſum. Act. 9.ſ. Jeſus nazarenus quẽ tu ꝑſequeris. Regramus ğ ꝛ diligamus ipm ſicut ſuſtentatorẽ. ¶ Scđo dico ꝙ debemus q̃rere ꝛ diligere ſicut ꝓuiduꝫ liberatorẽ. qđ.ſ. oñdit cuꝫ dr. Jeſus. q2.ſ. Jeſus interpretat ſaluator. Saluare.n. nihil aliud eſt q̃ aliqueꝫ de ꝑiculo liberare: ꝛ

Luc. iõ canimus. Jeſu ſaluator ſeculi: ꝛ de eius noie dr. Luc. 1. ꝛ vocabis nomen eius Jeſuꝫ. ipſe.n. ſaluuꝫ faciet populuꝫ ſuuꝫ a pctis eoꝝ. Et nota ꝙ iſte dr ſaluator ſeu liberator: q2 ſicut vincti ꝛ incarcerati ꝑ ꝟtutẽ Saphy

Dioſ. ri: ſm Dyoſcoꝝ: de vinculis liberant. vt dr in lapidario: hic lapis(vt phibent)educit carcere vinctos. Sic iſte vinctos in mendicitate ꝛ ferro: de inferno primitus liberauit ꝛ ſaluauit. Nũc ẽt illos: qui ſibi deuoti ſunt: de

vinculis

vinculis peccatorum educit. Sed ſicut iſte lapis non ſaluat nec liberat ho
minem: niſi mundus fuerit atq; caſtus. Sic nec Jeſus ſaluat aliquos niſi
illos qui vitam bonam duxerunt ⁊ mundam. Et nota ꝙ iſte liberauit nos
ſcilicet diſcordes ad concordiam reuocando: tormẽta pro hominibus tol
lerando. Miranda inter homines operando. ¶ Primo. n. iſte diſcordan= 1
tes ad concordiam reuocauit: fecit. n. vtraq; vnum: ſcilicet ex populo iu=
deo ⁊ gentili vnam eccleſiam conſtituit: ⁊ etiam diſcordiam dei patris
⁊ hoim ꝯcordauit. Iſte. n. fuit ſicut adamas: q eſt lapis recõciliationis. Ioan.
Unde de ipſo dr̃ Jo. 20. Stetit Jeſus in medio ⁊ dixit. pax vobis. ¶ Se 2
cundo iſte tormẽta ꝑ hoibus tollerauit. Unde iſte fuit aries Abrae p cu
ius mortẽ fuit Iſaac liberatus. q2. i. per mortẽ xp̃i: fuit genus humanum 3
liberatũ ⁊ ſaluatũ. Math. 28. Jeſum qui crucifixus eſt queritis. ¶ Ter= Math.
tio iſte mirãda inter hoies demõſtrauit. Jo. vlti. Multa qdẽ ⁊ alia ſigna Ioan.
fecit Jeſus. Et iõ ſicut elephas ſequit ſuũ de fouea liberatorem: ſic nos Ioan.
debemus diligere iſtũ noſtrũ redẽptorẽ ⁊ ſaluatorẽ: dicẽtes illud Jo. 12.
Dñe volumus Jeſum videre. Iſte. n. nõ ſolum liberat de fouea pcti: imo
etiã iuuat exiſtentes in fouea inferni. Legit. n. ꝙ quidã ſanctus vidit in
inferno quendam: qui erat totus in igne: ⁊ requiſitus quare caput ſuũ nõ
patiebatur. Rñdit. Quia nomen Jeſus cum digito in fronte ſcribere vel
ſignare deuote ſolebam. Iſtum igitur diligamus ſicut prouidum libera=
torem. ¶ Tertio diligamus ⁊ queramus eum: ſicut floridum conuerſato 3
rem: quod notatur cum dicit. Nazarenus: quod interpretatur floridus.
Iſte. n. habuit floridã ꝯuerſationẽ. i. mundam: puram: placidam ⁊ hone
ſtam. Math. 21. hic eſt Jeſus propheta a Nazareth galilee. Ideo de iſto Math.
dr̃. Joan. 19. hic eſt Jeſus Nazarenus rex iudeoꝝ. patet igitur iſtius ſu= Ioan
ſtẽtatio: que fuit ſtabilis: iſtius liberatio que fuit vtilis: iſtius ꝯuerſatio q̃
fuit nobilis. In hoc. n. Chriſtus ieſus: vt ait Apoſtolus. Phili. 2. ſeme= Paul.
tipſum exinaniuit formã ſerui accipiens: ⁊ humiliauit ſemetipſum factus
obediens vſq; ad mortem: mortem autẽ crucis: ꝓpter quod deus exalta=
uit illum: ⁊ dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomẽ: vt in nomine Je=
ſu omne genu flectatur: celeſtium: terreſtriũ ⁊ infernorũ: ⁊ omnis lin=
gua cõfiteatur: q2 dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Et re
vera iſtud nomen eſt fortiſſimum: ⁊ honorabiliſſimũ angelis: eſt ſanctis
gratiſſimum: demonibus vero terribiliſſimum. ⁊ Bernar. ſuper Canti.
ait. Nomen Jeſu licet predicatum: paſcit cogitatum: lenit inuocatum. Ber.
hoc enim reparat ſenſus: roborat virtutes: vegetat bonos mores: ca=
ſtas fouet affectiones. Jeſus enim eſt penitentibus gratioſus. Joan. 1. Ioan.
Gratia ⁊ veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Eſt etiam contemplanti=
bus gaudioſus. Abacuch. 3. Ego autem in domino gaudebo: ⁊ exulta= Abacuc
bo in deo Jeſu meo. Eſt inſuper Jeſus beatis ſeu triumphantibus glo=
rioſus. Unde ipſi dicere poſſunt illud Hebre. 2. Uidimus Jeſum glo= Paul.
ria ⁊ honore coronatum. Et illud Actuum. 7. Ecce video celos apertos Act.
⁊ Jeſum ſtantem a dextris virtutis Dei.

¶ Qđ Chriſtus eſt ſuſtentator fortiſſimus: cõſolator mitiſſimus: ꝛ premiator ditiſſimus. Cap. 21.

¶ De Celo tertio: ad qđ raptus eſt Paulus. Cap. 5.

X ſacra ſcriptura habet: ꝙ celū aliqñ ſumit ꝑ celo m̄ali. vt Ge=
c ne. 1. In principio creauit deus celū ⁊ terrā. Aliqñ ſumit ꝑ ce=
lo ſpūali: ⁊ vtrūqꝫ triplicat. vt patebit. Celū m̄ale diſtinguit in
tres celos principales. Primū eſt firmamentū: in quo viget nā pfecte pſpi
cuitatis: ſimul ⁊ luminoſitatis. hoc celum cōtinet celū ſydereū (qđ ē eff=
ctiue caliditatis: ⁊ facit ad trāſmutationē inferioꝝ. Jđ eſt multifarie cōti=
nens multitudinē ſtellaꝝ: habile ad motū.) qđ ēt cōtinet ſeptē orbes pla
2 netaꝝ qbus regit vniuerſitas tpoꝝ dieꝝ ſeptēnario diſpoſita. Scđm celū
eſt chriſtallinum ſiue aqueū: in quo viget nā perfecte pſpicuitatis ⁊ effecti
ue frigiditatis: qđ facit ad cōſeruationē reꝝ corruptibilium. iđ eſt habile
3 ad motū. Tertiū celum dr̄ empireū: in quo viget nā pfecte luminoſitatis:
⁊ eſt habile ad ſtatū glorie ⁊ eſt quietū: ⁊ ē angeloꝝ habitaculū (in quo ipſi
fuerunt creati) ⁊ aiaꝝ beataꝝ illic trāſlataꝝ. Ad illud fuit Paulus rapt⁹:
vbi aie ſctē ⁊ angeli fruunt dei ꝯtemplatione. Et dr̄ celum tertiū reſpectu
firmamenti ⁊ celi chriſtallini. Et dr̄ empireū: a pir qđ eſt ignis: ⁊ pp ſilitu
dinē claritatis. Dr̄ ēt Paulus raptus in paradiſum. nā paradiſus dicit a
ſuauitate dulcedinis: q̄ ibi hr̄: ⁊ vtrūqꝫ expertus eſt Paulus: pp qđ noia=
nit ipm primo celū tertiū: ⁊ poſtea paradiſum. Nā ſm Bona. in. 2. di. 17
Bona. paradiſus eſt duplex: corporalis: ⁊ ſpūalis. Corporalis eſt locus delitiaꝝ
⁊ amenitatis: ⁊ hic paradiſus eſt duplex ſm duplicē ſtatū: perfectū ⁊ imp=
fectū: ſm ſtatū pfectū: paradiſus eſt celū empireū: ad qđ Paulus fuit ra=
ptus. Scđm ſtatū impfectū: paradiſus eſt locus quidā amenus in ptibus
orientis. Paradiſus aūt ſpūalis: eſt btitudo hoīs eſſentialis: q̄ conſiſtit in
ſpūalibus delitijs: ex dei clara viſione ⁊ pfecta fruitiōe ꝓueniēs. Propter
primū: dicit ſe Paulus raptū ad tertiū celum: qđ eſt empireū: dictū a clari
tate. Propter ſm dicit ſe raptū in paradiſū: dictū ab amenitate. De hoc
paradiſo ſpūali: dictū eſt latrōi. Luc. 23. Hodie mecū eris i paradiſo: ⁊ lu
Luc. cifero. Ezech. 27. In delitijs paradiſi fuiſti. Et ēt btitudo accidētalis: q̄
Ezech. conſiſtit in aſpectu hūanitatis xp̄i: ⁊ delectatione ꝯfiti: per quā ſicut per
inſtr̄m ꝯiunctū diuinitati: ſunt ſancti ad gloriam: ⁊ illā viderunt Apl̄i ad
miſſi ad videndā trāſfigurationē xp̄i: q̄ nō viderūt xp̄i diuinitatem: ſicut
Paulus: ſed tñ eius humanitatem in forma glorioſa: ⁊ tñ in eius aſpectu
fuerūt ſic delectati ꝙ voluiſſent ibi ꝑpetuo manere: iđ Petrus dixit. Dn̄e
2 bonū eſt nos hic eſſe ⁊c. Celū aūt ſpūale: eſt triplex. Rōnale: Intellectua=
1 le: ⁊ Supſubſtātiale: ⁊ vnūquodqꝫ ſuā hꝫ triplicitatē. ¶ Rōnale celum
eſt hō: ⁊ dr̄ rōnale a rōne: q̄ hō apprehendit ingrendo: ꝯponēdo: rōcinā=
do. Angelus dr̄ intellectualis: ex eo ꝙ intelligit intuitiue ſine rōcinatiōe.
Qđ aūt hō celū dicat: pꝫ q̄ dicit Salomon. Aia iuſti ſedes eſt ſapie: ⁊ ꝯſi
Bona. ter dei. Vñ dicit. s. Bona. Scti dicunt celi pp vite ſublimitatē. Phili. 3.
Pſal. Noſtra ꝯuerſatio in celis eſt: pp bonoꝝ operū claritatem. Phili. 5. Inter
Eſa. quos lucēt: ſicut luminaria in mundo verbū vite ꝯtinentes: pp propoſiti
firmitatē. ps. 23. verbo dn̄i celi firmati ſunt: pp deū in eis quieſcentē per
grām. Eſa. 66. Celū ſedes mea. In hoc celo rōnali. ſ. in hoīe ſunt tres ce

li. primum

li. Primū dr̄ imaginatio primo raptui deſeruiens:q fit ſuper ſenſus exte-
riores. Scōm celū ⁊ mediū dr̄ rō. In illud celū fit raptus ſecūdus: ſup
potentias inferiores ſenſuū exterioꝝ ⁊ interioꝝ. Celū ſupremū ſiue tertiū
in celo rōnali:ad qđ raptus fuit Paulus ⁊ dr̄ mens. Capiendo mētez ꝑ
eminentibus viribus in celo rōnali:vz ꝑ tota imagine ad quā factus dici
tur hō: ꝑ memoria.ſ.intellectuali.rōne ſiue intelligentia:⁊ volūtate nāli.
que eſt ſyndereſis. Nā raptus Pauli (vt dicit Cancella. Pariſien.) fuit
in ſupremā partē aīe rōnalis: dū mens Pauli: ita fuit ſuſpenſa in ſuis acti
bus:vt nil meminerit:nil intellexerit:nil dilexerit:niſi ſolū deuz: potentie
inferiores:ſenſus.ſ.exteriores ⁊ interiores.ſiľr rō ⁊ appetitus rōalis eidē
correſpōdens nō potuerunt exire in ſuas oꝑationes:ſed ceſſauerūt ab acti
bus ſuis:(debilitatis actibus ⁊ funditus ablatis) q̄diu durauit raptus
⁊ extaſis Pauli . qui in tali exceſſu mentis:cognouit deū per eſſentiā im-
mediate: ſine medio.i.nō per mediū creaturaꝝ:qđ eſt medium phoꝝ. vñ
Apl's ad Ro.i. Inuiſibilia dei ꝑ ea que facta ſunt intellecta ꝯſpiciuntur. Paul.
hoc mediū:eſt ſpeculū creaturaꝝ:ꝑ quas (veluti cā in effectu) deus inueſti- Paul.
gaṫ. Vñ Apl's.1.Cor.2. Videmus nunc ꝑ ſpeculū.ſ.creaturaꝝ:inquan
tum ꝑ creaturas a nobis cognitas ſicut ꝑ ſpeculū:ducimur in dei cognitio
nē. Ex creatione.n.creaturaꝝ:ordine:⁊ bonitate:venimus in cognitionē
potētie:ſapientie:⁊ bonitatis diuine.hec tria appropriata:ſunt inuiſibilia
dei:que ꝑ ea q̄ facta ſunt:cōſpiciunṫ. Quia vero infinita eſt diſtātia : inter Aug.
ſpeculū creature ⁊ rē viſam.ſ.creatorē (qꝛ effectus nō pōt coequari ꝟtuti
ipſius prime cāe:eo qđ obſcure relucet ibi ſimilitudo) iō dicit Apoſt. Vi Aug.
demus nūc in enigmate.i.obſcure.Enigma.n.(vt dicit Aug.14.de tri.)ē
ſimilitudo obſcura.nec ēt Paulus vidit in raptu deū:ꝑ mediū fidei: qđ ē
mediū fideliū:quo tanq̄ in enigmate vident deū per auditū . Nā fides ex
auditu eſt. Vñ dicit Aug.de vtilitate credēdi. Qđ.n.credimus:debem⁹
auctoritati.qꝛ.n.deus eſt trinus ⁊ vnus hoc ego credo dei filio:q hoc enar
rauit ⁊ ꝑdicauit:⁊ ſpūi ſctō: qui hoc inſpirauit:ſed Paulus deū vidit i ra
ptu ꝑ ſpeciē:hoc ē per apertā viſionē:qua bti deū vident facie ad faciem.
hoc eſt nude:ſine velamine.hec vero ſpēs ⁊ clara viſio in patria velut pre-
miū ſbale:ſuccedit fidei viatoꝝ. Celū aūt intellectuale eſt angelus q celuz 2
dr̄: iuxta illud Job.37. Tu forſitan cū illo fabricatus es celos: qui ſolidi Job
ſunt quaſi ere fuſi:vbi glo. Poſſunt ꝑ celos:hi qui in celeſtib⁹ ſunt cōditi
angelici ſpūs deſignari:electoꝝ mētes celeſtibus inherētes: qui ſolidiſſi-
mi vt ere fuſi:ſunt.qꝛ ab integritate cepte fortitudinis nulla mutabilitatis
rubigine ꝯſumunṫ. Hoc celum ſimiliter tres hꝫ triplicitates. Nā ſm glo.
Auguſtini.2.Cor.12.Dionyſius tres ordines angeloꝝ:ternos in ſingu Diony.
lis ponēs conſtituit. In primo:angelos: archangelos:virtutes. In ſecun
do:principatus:poteſtates:dominationes. In tertio:thronos:cherubin:
⁊ Seraphin:quoꝝ tertius:vicinius deum cōtemplatur.ad quoꝝ ſimilitu
dinem:vidiſſe deum Paulus dicitur.nō per corpus:ſiue corporali viſio-
ne.vt Moſes in Syna.nō imaginabiliter:vt quando quis videt nō corpo
ra:ſed imagines reꝝ:dei reuelatione.vt Eſa.⁊ Ioā.in Apoca.ſed ꝑ ſpēm

(nõ in enigmate) facie ad faciem: vidit Paulus ipſum deũ. vna.n. eſt ibi
tota virtus: amare qđ videas: ꝛ ſũma felicitas: videre ꝛ habere qđ amas.
Dicit ẽt ibi glo. Uel primũ celũ: dici pt cognitio celeſtiũ corpoꝝ. Secũdũ
3 ſpirituũ. Tertiũ: deitatis: de quo nunc dñm eſt. Celũ vero ſuperſubſtantia
le: eſt diuina eſſentia: oĩum ſbaꝝ ſupexcellentiſſima: vniuerſaliſſima: ꝛ ſuf
ficiẽtiſſima cã: ſub triplici genere cauſalitatis: quas in deo ſemꝑ coincide
re neceſſe eſt: que ſunt: efficiens: formalis: nõ intrinſeca rei conſtitutiua:
ps ſed exemplaris: ꝛ finalis cauſa. De hoc celo: dr ps. 18. A ſummo celo (.i.
ab equalitate dei patris) egreſſio eius. vbi (ſm glo.) trinitas oſtendit: a
ſummo celo: patre egreſſio: eterna generatio filij: a calore: ſpirit⁹ ſanctus
quẽ poſt Aſcenſionẽ: miſit aplis: a quo nemo abſcondit: qui vt deus cor
da hoium nouit: dicẽdo aũt eius: notat vnitatem trinitatis. Et ipſa ſuperbe
Bona. nedicta diuinitas: recte celũ dr. Nam vt dicit .s. Bona. in. 2. di. 2. Ce
lum eſt nomẽ corpori impoſitũ: qđ ſurſũ eſt: qꝛ cõtentiuũ: ſecretũ: ꝛ quie
tum. Et hec triplex ꝓprietas repit in celſitudine diuinitatis: iõ dr celũ.
Eſt.n. ampla imenſitate virtutis: ſecreta ꝓfunditate cognitionis: quieta
trãquilitate delectationis. hoc.n. eſt celũ ad qđ Lucifer aſcendere voluit
(qꝛ ad hanc celſitudinẽ) hoc eſt ſuperius omni celo: nõ ſitu: ſed dignita-
te: ꝛ maius eſt omni celo: nõ extenſione: ſed ex ſua imenſitate. qꝛ ſm Aug.
Aug. In his que non mole magna ſunt: hoc eſt maius: qđ eſt melius. In hoc
aũt celo ſunt ſolum tres pſone.ſ. pater: ꝛ filius: ꝛ ſpũs ſctũs: qui ſoli ſunt
omnino ꝛ pfecte equales. Omnia aũt creata ſiue corporalia ſiue ſpũalia in
Damaſ. tra empireum ſunt: de quo dicit Damaſ. ꝙ eſt continentia oium corpora-
Qđ. lium ꝛ ſpũaliũ creaturaꝝ. ¶ Sed hic mouet qđ. Utrũ Paulus in illo ra
ptu fuerit btũs. Rñ. ꝙ non. qꝛ licet fuerit raptus ad tertiũ celũ celi mãlis:
ſcilicet empireũ: ꝛ in tertiũ celum celi rõnalis: vz apicẽ mentalem: ꝛ in ter-
tium celum celi intellectualis: in tres.ſ. ſupiores ordines angeloꝝ celeſtis
hyerarchie: ꝛ per apertã viſionẽ ꝛ perfectã fruitionẽ clare cognouerit ꝛ p
fecte dilexerit ſuperſubſtantiale celũ.ſ. diuinitatẽ in vnitate eſſentie ꝛ trini
tate perſonaꝝ: nõ tñ ex hoc fuit beatus. Quãuis.n. lumen eleuans animã
Pauli ad videndã in raptu diuinã eſſentiam: fuerit eiuſdem rõnis cũ lu
mine eleuante animas beatoꝝ: nõ fuit tñ in Paulo per modum paſſibilis
qualitatis permanentis: ſed per modum paſſionis trãſeuntis. ideo ex tali
eleuatione ſiue viſione nõ fuit Paulus beatus: qꝛ beatitudo (propter do
tem: certe ꝛ ſecure tentionis) importat permanentiã. vt ſic verificet illud
Ber. Bernardi: ꝙ deus futurus eſt rationi plenitudo lucis: voluntati multi-
tudo pacis: memorie cõtinuatio eternitatis. vt.ſ. retineat deum in eternũ:
ꝛ ſic tota anima tota dotetur in tribus ſuis viribus: ſimiliter fuit in tranſ-
figuratione Chriſti: dum ex diuina ordinatione gloria anime redundaret
ad corpus: claritas tranſfigurationis fuit claritas glorie quantũ ad eſſen
tiam: ſed non quantum ad modum: quia fuit eiuſdem rationis cum illa
claritate que eſt in corporibus glorioſis: ſed non fuit ibi per modum qua
litatis permanentis: ſed per modum paſſionis tranſeuntis.

¶ De celo empireo realis declaratio. Cap. 6.

c Elum empireum eſt vndecimum: ⁊ primū: ⁊ ſummū celum: locus angeloꝝ: regio ⁊ habitaculū beatoꝝ. Et dicitur a pyr qḋ eſt ignis: quaſi totū igneum: ſic dictum nō ab ardore: ſed potius a lumine ⁊ ſplendore. vt dicit Iſido. Illud enim celum lumine eſt lucidum influens lucē ⁊ ſplendorē: ſuper celum decimū: ⁊ ſuper celum chriſtallinū ſibi propinquum ⁊ proximū. Eſt autē de natura ſua vniforme ſine ſtellis: ⁊ ſpheriforme. vt dicit Damaſ. Ideo eſt ſphericum: vt reꝝ ſpiritualiū ⁊ corporalium ſit cōtentiuum. Vñ illud celum nō eſt neceſſarium propter continuationem generationis inferioꝝ: ſed potius vt dicit Alex. in. 2. par. ſu. Ad cōpletionē vniuerſi in genere corporuꝫ ſm determinata extrema: ad mediū opacum in ſummo. ſ. terrā: ⁊ luminoſum in ſummo. ſ. celum empireum: ⁊ vtrūqꝫ corpus. ſ. extremum: ſupremū: ⁊ infimum: eſt de ſe imobile ⁊ quietū: ⁊ ſic inter iſta duo imobilia tota nā cōprehēdit vniuerſi. Sanctus autē Bona. in. 2. di. 2. dicit ꝙ quāuis ſancti parum loquant̄ de hoc celo: q2 latet noſtros ſenſus: ⁊ philoſophi adhuc minus: eſt tamen ponendum ſicut dicit ſacra ſcriptura. In principio creauit deus celum. Strabus exponit de celo empireo. Et hoc ꝑſuadet ratio finis triplex. Vna eſt perfectio vniuerſi. Alia eſt ꝓpter motum firmamēti. Tertia principalis ꝓpter habitationē hominis beati. Et qm̄ finis imponit neceſſitatem his que ad finem: ꝓpter perfectionem vniuerſi: neceſſe eſt ipſum eſſe vniforme: q2 cum ſit celuꝫ luminoſum difforme. ſ. ſtellatum: ſi non eſſet vniforme: vt eſt empireuꝫ: nō eſſet vniuerſum cōpletū. Propter etiā motū firmamenti ponendum eſt celum empireuꝫ imobile: vt motus mobilis fiat circa imobile. ſ. centruꝫ: ⁊ intra cōtinens imobile ⁊ locans. ſ. empireum. Propter ēt habitaculū hominis beati ponēdum eſt celū empireum luminoſitatis perfecte: vt habitatio cōgruat ſuo habitatori. Iſtius celi proprietates deſcribit Rabanus vtens verbis Baſilij in Hexameron ſic dicens. Celum empireum eſt corpus primum: natura ſimpliciſſimū: de corpulentia habens minimum: quia ſubtiliſſimum: primum mundi firmamētum: quantitate maximum: qualitate lucidum: figuratione ſphericum: locali ſitu ſupremum: quia a centro remotum: amplitudine ſua ſpirituum ⁊ corporum viſibilium ⁊ inuiſibilium cōtentiuum: dei ſummum habitaculuꝫ. Licet eniꝫ deus ſit vbiqꝫ: tamē ſpecialiter dicitur eſſe in celo: quia ibi relucet potiſſime ſue virtutis operatio: ⁊ celum dicitur ſpecialiter ſedes dei: quia in corpore mundi ſpecies celi pulchrior eſt: vt dicit Damaſ. In celo diuina virtus manifeſtius operatur.

Iſido.

Damaſ.

Alex.

Bona.

Strab.

Raba

Baſi.

Dama.

¶ Celi empirei Moralitas. Cap. 7.

p Er celum empireum intelligitur deus. quoniā ſicut hoc celū eſt primum corpus: ſic deus eſt prima ſubſtantia: prima cauſa: primum ens ſimpliciter independens. ſic ꝙ eſt primum: non tantum duratione: quia eternus: ſed etiam eſt primum in perfectione: quia eſt ens infinite intellectualitatis: voluntatis: ⁊ bonitatis: eſt primus ſpiritus: ſine principio: ⁊ ſine fine: ſed eſt primum

2 principium ⁊ finis olum. eſt imobilis. qꝛ Malach. 3. Ego dñs qui nō mu=
Malac. tor. ⁊ Aug̃. 23. Nō eſt deus vt hō et Boe. Stabiliſq; manēs dās cuncta
Aug. moueri. ⁊ Jac. apud quē nō eſt trāſmutatio nec viciſſitudinis obumbra=
3 tio. maxime eſt quātitatis. qꝛ oēs creaturas cōtinet: qꝛ ēt hꝫ eſſentiā infi=
Boe. nitam. Hiere. 24. Celū ⁊ terrā ego implebo. qꝛ eſt vbiq; preſentia: poten
Jac. tia: ⁊ eſſentia. vt dicunt in. 1. Theologi. di. 37. hic ēt eſt vniformis: qꝛ Sa
4 pientie. 6. Equaliter eſt ei cura de oībus. ⁊ vt Math. ait. Solem ſuū ori=
Hiere. ri facit ſup bonos ⁊ malos: ⁊ diligit oīa que ſunt: ⁊ nihil odit eoꝝ q̄ fecit:
Sap. q vult oēs hoīes ſaluos fieri. Et iō inter ip̄m celum ⁊ terrā. i. inter deum
Math. ⁊ beatā virginē: q̄ dr̄ terra: oīa continent. ⁊ diuerſa variant. iſta autē duo
Paul. imutabilitate ꝑpetua cōfirmant. qꝛ non fuit aliq̄s (p̄ter xp̄m ⁊ btām v̾gi=
5 nem) qui nō fuerit in pctō: vel originali: vel actuali: ⁊ nō fuit aliq̄s in paſ=
6 ſione xp̄i: q nō vacillauerit. p̄ter iſtos duos p̄dictos. Eſt ⁊ ſimpliciſſimū.
Sco. Sic deus eſt ſimplex in nā. Nā vt dicit Sco. in. 1. di. 8. Deus nullo mō
eſt cōpoſitus nec ex mā ⁊ forma: nec ex ſubiecto ⁊ accidēte: nec ex cōceptu
7 potētiali ⁊ actuali: ſed eſt ſumme ſimplex ⁊ idiuiſibilis. Eſt ſupremum lo=
Psal. calitate. Sic deus hꝫ ſupiorē eminentiā. Deus. n. eminet ⁊ ſupeſt oībus
rebus. dignitate: bonitate ⁊ poteſtate. p̄s. Qm̄ deus rex magnus dñs:
terribilis ſuper oēm terraꝫ. Rex inqt: ecce dignitas: terribilis: ecce ptās:
ſuper oēm terrā: ecce bonitas. Jſta ergo preeminentia ē cūctis ſuperior.
8 Eſt lucidū qualitate. Sic in deo eſt ſapientia cūctis limpidior. vt. n. dicit
Eccle. Ecci. i. Oīs ſapia a dño deo eſt. Et Sap. 6. dr̄. ꝙ deus ſapie dux eſt ⁊ ſa=
Sap. pientiū emēdator. Et oīa nuda ſunt ⁊ aperta oculis dñi: Et ſpirituū pōde
9 rator eſt dñs. Jtē in deo eſt ꝓuidētia cunctis diſcretior: ſeu cunctis occul=
tior. Sicut. n. per occultā ⁊ inuiſibilē lune influētiam mare viſibiliter re=
git ⁊ mouet: ſic p dei ꝓuidentiā mūdus iſte diſponit ⁊ ſenſibiliter guber
Psal. nat. Jdeo dr̄ in p̄s. Qm̄ rex oīs terre deus: pſallite ſapienter. Dr̄ ſpheri=
Her.x. cū. Sic deus (ſm Hermetē trimegiſtū) dr̄ ſphera intellectualis: cuius cē
trum vbiq;: circūferentia nuſq̄: qꝛ ſicut in ſphera nō eſt reperire principiū
ri. nec finē: ſic in deo nō eſt p̄n̄ nec finē aſſignare. Dr̄ habitaculū dei ⁊ bea=
toꝝ. Sic deus dei ē locus ⁊ btōꝝ. qꝛ deus in ſeipſo ⁊ nō in creaturis quie
ſcit: qꝛ creaturis non indiget: ſed ⁊ creature maxime ſpūales ⁊ bti in ipſo
requeſcūt ſuꝫ in habitaculo: ſꝫ diuerſimode. nā dicit Sco. in. 1. di. 1. ꝙ res
Sco. diuerſimode dr̄ quieſcere in deo. Naꝫ aliqua res q̄ſcit per ſe primo: vt
deus qui eſt p ſe primo btūs. ſ. p eſſentiam. Angeli aūt ⁊ beati quieſcunt p
ſe ſed nō primo: qꝛ ⁊ ſi ſint beati: nō tñ primo ſed p participationeꝫ a deo.
Et ſic deus tm̄ in ſeipſo q̄ſcit: ⁊ nō aliqua creatura. Deus itaq; altiſſim⁹
dr̄ eſſe ⁊ habitare in ſe ipſo: qꝛ ab eterno incōmutabiliter ſp in ſe exiſtit.
Dama. Unde Damaſ. lib. 1. c. 13. dicit. Deus imaterialis exiſtens ⁊ incircūſcri=
ptibiles in loco nō eſt. Jpſe. n. ſui ipſi⁹ locus eſt: hoc eſt dicere: pater in fi
lio: ⁊ filius in patre: ⁊ ſpūs ſanctus in vtroq; ē. Hinc etiā Magiſter in. 1.
di. 37. Aug. li. cōtra Maximinū allegando dicit. Sed dicet aliq̄s. Anteq̄
deus faceret celum ⁊ terrā: anteq̄ faceret ſanctos: vbi habitabat? Jn ſe ha
bitabat deus: apud ſe habitat ⁊ apud ſe eſt. Hec ille. Eſt etiā deus locus
beatoꝝ

beatoꝝ angeloꝝ.ſ.⁊ hominum.q: ſicut grauia nãliter tendunt ad centrũ ⁊ nunq̃ quieſcunt donec pueniant ad illud: ſic oẽs tam angeli q̃ homines nãliter appetunt btitudinem: que in ſolo deo reperiri põt: ⁊ ſic nũq̃ quie-tantur donec deum videãt ⁊ poſſideant: vt in ps. Satiabor cum apparue-rit gloria tua. Ex ſupradictis cõtemplandũ eſt: quãtis ⁊ qualib⁹ amenita-tibus ſit felicitatus locus Celi empirei: vbi poſt reſurrectionẽ in corpore ⁊ aia: beati habitabũt ppetuo: laudantes deũ: iuxta illud ps. Beati qui ha-bitant in domo tua dñe in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Aduertendũ ẽ: q̃ locus btõꝝ in Celo empireo felicitatus eſt p gloria beatoꝝ: plurib⁹ cõdi-tionibus: pp quas valde debemus illã manſionẽ ꝯcupiſcere toto conatu. Primo vt dixi: eſt locus altiſſimus: vbi xp̃s eſt i dextera dei pr̃is ſedẽs i ex-celſis: ſup oẽs celos. Ephe. 4. ⁊ Hebre. 1. ¶ Sed q̃re voluit deus man-ſionem beatoꝝ cõſtituere in altiſſimo celo vel loco. Rñ. recolligendo ſm Ricar. in. 3. di. 22. q̃ rõ precipue daṫ triplex. Una vt nobiliſſimi ipſi bea-ti: i nobiliſſimo celo altiſſimo manere habeant: eo q̃ deũ altiſſimum ⁊ cele-ſtia dilexerunt. Nã vt dicit Phs. 4. phy. locus dꝫ eſſe ꝓportionatus loca-to: ſicut natatilib⁹ cõuenit aqua: volatilib⁹ aer: ſuperiorib⁹: locus nobiliſſi-mus in altiorib⁹ debeṫ. Nam lux: que creaturaꝝ corporalium eſt nobiliſſi-ma: in altiorib⁹ reſidet. Et idem phs dicit: q̃ vna de bonitate loci cõditio: eſt q̃ ſit altus: eo q̃ iuxta terram ſunt multe corruptiones ⁊ infectiones: ⁊ plus adhuc in vallibus q̃ in montibus. Nam ⁊ paradiſus terreſtris diciṫ eſſe in altiſſimis montib⁹: a quo pp pcm̃ eiecti ſumus. Nobiliſſimis ergo btis debetur altiſſimus locus. Alia rõ: vt deus oñdat per altitudinẽ imenſam celi a terra eleuatam: imenſa bona in celo beatis preparata: que improportionabiliter excedunt oia bona huius mundi. Unde Bernar. Sicut terra que nobis videṫ latiſſima: tñ eſt quaſi pũctus reſpectu celi. ita omnia bona terrena q̃uis a mundanis reputenṫ magna: tñ ſunt quaſi pũ-ctus: imo nihil reſpectu bonoꝝ celeſtiũ. Que tãta ⁊ talia ſunt: q̃ teſte Apo-ſtolo. 1. Cor. 2. nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs aſcen-dit: q̃ pparauit deus diligẽtib⁹ ſe. Tertia rõ additur: q: condecens eſt: vt leuia ferantur ſurſum: ⁊ grauia deorſum: vt docet experientia. Cum ergo beati ſint alleuiati a grauedine tẽporalium: ⁊ a pctõꝝ pondere: eo q̃ peni-tuerunt ⁊ purgati ſunt pleniſſime: decet vt habeãt locũ in ſuperioribus. Sed p cõtrariũ: reprobi cum ſint grauati pctis incõuenit: vt deſcendãt in profundum inferni: vt ibi tanq̃ in carcere captiui perpetuo defleant qui hic flere in penitentia noluerunt. ¶ Secundo locus celeſtis eſt ſplẽdidiſ-ſimus. Nam (vt prius dixi) celum empireum ſecundum Lyram. dṙ a pyr. qḋ eſt ignis: nõ qdẽ ab igneitate illius celi vel ardore: ſed a ſplendore ⁊ lu-ciditate. vt pꝫ in. 2. ſniaꝝ diſtin. 2. quia iuxta Sco. ⁊ docto. alios: ſecun-dum omnes ſuas partes hꝫ lucem. verũ tñ non ſubiacet viſui mortalium: nec motui. Unde nõ hoc modo dṙ lucidum: vt radios emittat viſibiles: ſed in natura ſua habet lucẽ ⁊ ſplẽdorem ⁊ pulchritudineꝫ: ac ꝯditiones quaſi corporis glorioſi: ⁊ ſic phi illud inueſtigare non potuerunt. Unde talis ⁊ tanti ſplendoris eſt per totum: q̃ ſi ẽt omnes ſtelle haberẽt ſplẽdo-

Ps. Ps. 1 Paul. Bo. Ricar. Phs Phs 2 Ber. Paul. 3 2 Lyra. Sco.

ris eſt per totum: ꝙ ſi etiā oēs ſtelle haberent ſplendorē ſolis: nil eſſent in
comparatione illius ſplēdoris celi empirei. Et iō o anima deuota cogita ſi
potes eleuādo mētem tuam: ꝙ̃ ſplendida erit illa beata patria: vbi innume
rabilia ſctōꝝ corpora poſt reſurrectionem fulgebunt ſicut ſol ꝑpetuo: vt
Math. Math. 13. Sed per ↄtrarium ve reprobis in inferno: q̄ ꝓijcient in tene-
3 bras exteriores: vbi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. ¶ Tertio eſt locus pul-
cherrimus. Si. n. magni Reges pro ſe ⁊ ſuis filijs: habēt pulcherrima pa
latia ⁊ tentoria: quātum putas ſuper oīa pulchrū eſſe habitaculū illud dei
infinite maieſtatis: ⁊ oīum filioꝝ eius btōꝝ? Itē intuere terrā quā deus
cōſtituit oībus īferiorē: tanꝙ̃ ſtabulū aīalium ⁊ mortaliū hoīū. Si ter
rā fecit tam pulchrā: in pratis: floribus: ſpēb᷒: gēmis: auro: ⁊ ſic de alijs:
quid potes cogitare de Celo empireo? Nā tanta eſt pulchritudo illius ce
li vt ſi modo videremus illud celum: nec comedere nec bibere vellemus ꝑ
illius deſyderio. Si. n. deus tā pulchrum fecit huius mundi ſtabulū: quā
tum putas illud celeſte palatiū fecit pulchrū ꝓ ſuo thalamo deus glo-
Ps. rioſus? Vñ ps. Dñe dilexi decorē domus tue: ⁊ locū habitationis glorie
Job tue. Sed per contrariū mali habebunt carcerē horribilem. Job. x. Vbi
4 nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat. ¶ Quarto eſt ampliſſi-
mus. Cū. n. vt videmus: terra ſit magna: ſed aqua dr̄ in decuplo maior ꝙ̃
terra: ⁊ aer ꝙ̃ aqua: ⁊ ſic de alijs ſpheris. agnoſcere ergo potes ineffabilē ma
gnitudinē celi empirei. Nā ⁊ videmus ꝙ ꝑ diſtantiā: ſtella apparet parua
nobis: que tñ dr̄ maior tota terra: ſecundū aſtronomos. Quid ergo ē de
celo empireo? vtiꝗ̄ ſi etiā ſancti ibi diuiſim habitarent: ipſis ſingulis plus
ꝙ̃ ſit tota terra centies pars maior proueniret impartienda. Unde Ba-
Baruch ruch. 3. O Iſrael ꝙ̃ magna eſt domus dei ⁊ ingens locus poſſeſſionis ei᷒.
O uos ergo auari qui palatia ampla ⁊ poſſeſſiones queritis in terra: que-
Ps. rite celeſtia ⁊ habebitis ampliſſima. Sed contra erit de malis: de qbus ps
ait. Oues in inferno poſiti ſunt. ſ. que maxime ſe cōprimūt in eſtate. Sicut
5 mors depaſcet eos. ¶ Quinto eſt mundiſſimus: adeo ꝙ ſicut ſcribit Apo
Apoc. calip. 21. Nil coinquinatum introibit in illud in ſempiternū. Unde nul
le macule: ſcilicet ſordes ſiue exteriores. ſ. corporales: ſiue interiores. ſ. pec-
catoꝝ ibi vnꝙ̃ in eſſe poterunt. Intuere ergo terrā ⁊ aquā: nōne aqua mū
dior eſt terra: ⁊ aſcēdēdo aer purior eſt ꝙ̃ aqua: ignis plus ꝙ̃ aer: celū ſtel-
latum plus iſtis? ſup omnia autem celum empireum? Si ergo Reges ⁊
principes munda volunt habitacula: multo magis deus ⁊ omnes beati.
Sed per cōtrarium carcer infernalis erit pro reprobis imundiſſimus ⁊ fe
Baſi. tidus: vtpote quo poſt iudicium deſcendent (ſm Baſilium) omnes ſor-
6 des ⁊ ſtercora fetidiſſima mundi: eritꝗ̄ vt cloaca. ¶ Sexto eſt omni bono
Aug. pleniſſimus. Augu. de ciui. dei. 13. Ibi erit quodcūꝗ̄ ab hominibus deſi
deratur honeſte: vita: ſalus: victus: copia: gloria: honor: ⁊ pax. ⁊ oīa bona
ſine fine. A contrario: in inferno malis erunt omnia mala: mors: dolor: fa
Deuter. mes: ſitis ⁊c. Deutero. 32. Congregabo ſuper eos mala: ⁊c. ¶ Septimo
7 eſt ſtabiliſſimus ⁊ ſempiternus. Unde beati perpetuo gaudebunt in oib᷒
bonis. ſicut mali perpetuo luent pena ⁊ plangent in malis. Exemplum
ad predicta

ad predicta ponit Joannes Apocalip.21.dicẽs.ſe vidiſſe celeſtem Hieru Apoc.
ſalem tanq̃ ciuitatẽ luminoſam habentẽ claritatem dei:⁊ habebat muruꝫ
magnũ ⁊ altum:⁊ portas duodecim precioſis Margaritis ornatas:⁊ ſtru
ctura muri eius:erat ex lapide Hyaſpide:qui eſt viridis coloris : confor-
tans viſum. Ipſa aũt ciuitas (inquit) erat ſimilis auro mundo : ⁊ funda-
menta omni lapide precioſo ornata. Platee eius erant ſicut aurũ munduꝫ
tanquam vitrum perlucidum : nec egebat ſole nec luna vt lucerent in ea:
quia claritas dei illuminabat eam:⁊ lucerna eius erat agnus : hoc eſt hu-
manitatis Chriſti ſplendida gloria illuminat eam tanq̃ lucerna lumino-
ſiſſima. Uide ergo o anima deuota ꝙ feliciſſimum eſt regnum celorum:
quãq̃ amenïſſimus locus beatorum.

¶ Celi empirei Queſtio. Cap.8.

Queſtio hic oritur. Cũ dictum ſit ꝙ celum empireum eſt locus Qõ.
Chriſti ⁊ beatorum:vbi:vel in qua parte habet eſſe ſedes regni
Chriſti : in illo celo : vbi reſidet cum beatis omnibus perpe-
tuo? Hanc queſtionẽ mouet Fran.may.in ſermone quodã:aſſi Franc.
gnans talem rationeꝫ. Quia celum empireum eſt imenſe magnitudinis: may.
adeo ꝙ omnes electi in corporibus glorioſis non ſufficiunt implere totuꝫ
illius celi ambitum per circuitum. Ideo dubitari poteſt verſus quaꝫ par-
tem celi habeat locum:celeſte regnum manſionis beatorum ⁊ angeloruꝫ:
ac thronus Chriſti ⁊ beate Marie virginis. Ad hanc queſtionem reſpon-
dendo. Notandum eſt: ꝙ fideles dei a principio veteris teſtamenti varias
habuerunt cerimonias:quibus deſignauerunt vbi deus ipſe ſpecialius ha
bitaret in celo(licet vbiq̃ ſit) vt poſſumus colligere ex doctoribus. Pri-
mo quidem iudei veteris teſtamenti: ſolebant adorare ad occidentem: ⁊
ſua adoratione repreſentabant deum ⁊ eius regni habitaculum fore ver-
ſus occidentem. Unde ⁊ ſanctũ ſanctorum in tabernaculo dei erat verſus
occidentem. Exod.26. Et ſic etiam erat in Templo Salomonis. Pro- Exo.
inde in pſal.67.dr. Cantate deo: pſalmũ dicite nomini eius:iter facite ei ps.
qui aſcendit ſuper occaſum: dominus nomen illi. Sed hec fiebant in fi-
guram ad ſignificandum ꝙ Chriſtus deus per occaſum mortis aſcenſu-
rus erat in celum. vt dicit Grego. ⁊ ſecundum Lyram ſuper predicto ver Grego.
bo pſalm. per hoc deſignatur ꝙ Chriſtus dominus aſcendit ſuper locum Lyra.
adorationis humane: ſcilicet ad locum adorationis angelice: qui eſt in ce-
lo empireo vbi angeli adorant Chriſtũ. Ex hoc ergo non habetur ꝙ Chri
ſtus ſit locatus ⁊ eius regnum in occidente : ſed tantũmodo hec voluit
deus fieri in figura de Chriſto paſſuro ⁊ adorando : ⁊ etiam vt per hoc
excluderetur ydolatria: quam tunc orienti ſoli exhibebant in veteri teſta-
mento fere omnes populi. vt patet. Ezechie.8. Secũdo chriſtiani adorãt Ezech.
verſus orientẽ. Nam ſanctuaria eccleſiarum ⁊ altaria ſic cõſtituuntur: vt
ſacerdos in miſſa ⁊ populus verſo vultu ſtent ad orientem. Hoc autem

Ricar. ſm Ricar.in.3.di.9.q.2.ar.vlti.ꝛ ꝯcordat Rayne.in ſumma. Jdo qꝛ pa-
Rayne. radiſus eſt in oriẽte. Gen.2. Et ſic quaſi ad paradiſum.ſ. celeſtẽ q̃rimus
Gen. redire per orõnem.ꝛ cũ hoc ortum veri ſolis.i.xp̃i incarnationẽ ꝯfiteri de
ſignamus. Sed ex hoc aliq putant xp̃m:ꝛ eius regnũ eſſe in orientali p̃te
p̃s celi.qꝛ dicit p̃s. Pſallite dño q aſcẽdit ſup celum celi ad orientẽ.hec tñ au-
Lyra ctoritas nõ concludit:qꝛ ſm Lyram:pro tanto dr̃ xp̃s aſcendiſſe ad orien-
Frãc. tem:qꝛ aſcendit de Mõte Oliueti:qui eſt in orientali p̃te iuxta Hieruſalẽ.
Dama. Uel ẽt ſm Franc.may.qꝛ xp̃s aſcẽdit in celum:verſo vultu ad orientẽ.vt
etiã dicit Damaſ.Deniq; infideles Mahumetũ credẽtes:adorant verſus
meridiẽ:ſed trãſeamus:qꝛ decepti ſunt. Ad q̃õnẽ ḡ dõm ꝙ licet nobis ſit
incertuꝫ in qua p̃te celi ſit ſedes regni xp̃i ꝛ ciuitas ſupna:tñ opinari poſ-
Frãc. ſumus cũ Franc.may.ꝙ ſit in p̃te Aglonari:q̃uis.n. nõ eſt aſſerendũ te-
1 merarie:ſed tñ ꝓbat̃ ſm eundẽ ex tribus. ¶ Primo ex illo dicto p̃s. Ma-
p̃s gnus dñs ꝛ laudabilis nimis in ciuitate dei nr̃i in mõte ſctõ eius. Funda
tur exultatione vniuerſe terre:mons ſyon latera aglonis ciuitas regis ma
2 gni. Ecce dicit ꝙ ciuitas regis magni eſt in lateribus aglonis. ¶ Scdo ex
Eſa. ṽbo Luciferi. Eſa.14.dicẽtis. In celũ aſcẽdã.ſ.empireũ ſup aſtra celi. Ly
ra.1.ſup angelos p̃eſſe volo. Sedebo in mõte teſtamẽti. Seqtur. In late
ribus Aquilonis.qd nõ dixiſſet niſi ciuitas iſta beata eſſet in partibꝰ aqui
3 lonis. ¶ Tertio ex rõne.qꝛ pħi ponunt ꝛ fides nõ contradicit. ꝙ.ſ. motꝰ
celi eſt adequatus virtuti angeli ip̃m mouẽtis:vt in eo agat ſm totuꝫ co-
natum virtutis ſue. Uñ vt equaliter agat in partes eque diſtãtes: opꝫ vt
angelus determinet ſibi locũ in medio:ad mouendũ inde totũ celũ:alioqn
intenſius ageret in ꝓpinqua q̃ꝫ in remota. Sed polus arcticus.i. ſepten-
trionalis:eſt in medio celi ſtans ſm hemiſperiũ noſtre terre habitabilis: ꝛ
circa ipſum mouentur ſtelle.ergo videt̃ ꝙ angelus ſibi determinauit hũc
locum medium:vt inde moueat ſtellas ꝛ totum celum: ꝛ per conſequens
cum ciues non ament nimis diſtare a patria. Sequitur ꝙ determinauit
ſibi locum propinquum ſue ciuitatis ſuperne. Hec Franciſcus. proba-
biliter tamen. Et ſic pie opinandum in parte illa collocatam fore ſe-
dem Chriſti.

¶ Celi empirei ſitus.queſtio. Cap.9.

M Agiſter ſnīarum in.4.di.49.agit de dotibus corporis: q̃ ſunt agilitas: ſubtilitas: impaſſibilitas ꝛ claritas. Et ibi fit queſtio a modernis.videlicet. Si corpora ſanctorum glorioſa poſt
Qõ. reſurrectionem habebunt diuerſum ſitum in celo empireo: vt puta ꝙ vnum ſit altius altero. Reſpondetur ꝙ ſic.nam dicitur in p̃s. Quis aſcẽdet in montem domini ꝛ ſtabit in loco ſancto eius: ideſt in celo empireo:quod eſt mons domini ꝛ locus eius. Sequitur. Innocens manibus ꝛ mundo corde. Pro cuius declaratione nota ꝙ hoc verbũ aſcẽdo eſt cõpoſituꝫ. Scando.n.cõponit̃ cum ad.ꝛ facit aſcendo.ꝛ licet non ponatur ibi.d.non eſt vis. Eſt autem differentia inter ad.ꝛ in.quamuis ambo ſignificent ad locum. Nam; ad; ſignificat ad locum qui eſt longe.

ſed in

ſed:ſn:ad locū qui eſt ꝓpe.vñ idem dicit aſcendo: ꝙ ſcādo locū longe .ſ.
multū diſtat a termino a quo. Nota ēt ꝙ ſcandere eſt moueri ſurſum: vt
aūt Phs.3.phyſi. ꝓbat:moueri localiter ꝓprie nō eſt niſi cōpoꝝ.moueri Phs
n.eſt relinquere primas dimēſiones loci: ⁊ ſubintrare alias. hoc aūt non
pōt fieri niſi locatū ēt haberet dimēſiones:ſicut ē corpus. Sola ergo cor
pora pñt aſcendere ꝓprie. Aſcēdere igiᷣ idē eſt ꝙ ſcandere cū corpore lon-
ge ſurſum.ſ.ad celſiorē locū:ſicut xp̄s ⁊ btā virgo cū corporibus aſcende-
runt in celū empireū:lꝫ diuerſimode.qr xp̄s aſcēdit: Uirgo aūt aſſumpta
dr.dicit ergo p̄s.ꝙ ille qui erit mūdus in corde ⁊ in ope:lōge in ſurſūꝫ ſcā
det cū corpore.ſ.poſt reſurrectionē.ſ.vſqꝫ ad celū qd longe eſt. Ubi nota
ꝙ ſicut ex v̄bis phi.3.phyſi.pōt haberi.vbi loquiᷣ de infinito. Hec ē dr̄ia Phs
inter magnitudinē ſeu q̄ntitatē ꝯtinuā:⁊ quantitatē diſcretā.ſ.numerūꝫ.
in magnitudine eſt infinitū p diuiſionē:qr ſemp diuiſibil:is:⁊ nō per appo
ſitionē ſiue additionē.Eſt.n.deuenire ad aliquā magnitudinē:cui nō pt
apponi.ſ.vltimā ſpherā. In numero vero ꝯtingit ire in infinitū p appoſi
tionē.vñ nullus numerus ē cui nō poſſit alius numerus: vel vnitas ap-
poni:ſed nō p diuiſionē.Eſt.n.deuenire ad vnū quod ē ens idiuiſūꝫ.Et ſi
cut dcm̄ eſt de numero q eſt ſpēs q̄ntitatis: ita de multitudine cōpoſita ex
vnitatibus:q̄ ꝯuertunᷣ cū ente. Uñ ſicut in ꝯtinuis vltima ſphera ē ter-
minus:ita in numeris eſt terminus: vnū. Et iō Diony.cōparat deuꝫ vni Diony.
tati:⁊ creaturas numero:quod ſic exponiᷣ. Nā ſicut numeri magis acce-
dentes ad vnitatē minus habēt de diuiſione:⁊ p ꝯñs magis participāt di
gnitatē:ſic creature magis accedētes ad deū magis pticipāt de dignitate
eius:qr eſt ſumme vnus ⁊ eſt terminus creaturaꝝ:que ſunt vt numerus:
⁊ ſic corpora magis accedētia ad vltimā ſpherā:magis ſunt alta:⁊ per ꝯñs
nobiliora tanq̄ magis accedētia ad ſuū terminū. Creatura igiᷣ magis ꝓ-
pinqua deo (ſi corpus hꝫ) de iure:corpus eius magis dꝫ eſſe ꝓpinquum
extremo vltime ſphere:quā dicimus celū empireū. Ubi ēt phs.xi.de aiali Phs
bus.dicit.ꝙ pp aiaꝫ corpus:⁊ nō aia pp corpꝰ. Aia.n.vnita corpori duo
ſibi dat.ſ.eſſe.qr eſſe eſt a forma:⁊ motū. In btis aūt ex btitudine aie glo-
ria redundabit ad corpus: ⁊ iō vbi maior btitudo:ibi maior agilitas cor-
poris q̄ ptinet ad motū:⁊ per ꝯñs altior ſitus. Bene ergo dicit p̄s. Quia
vbi maior munditia cordis ⁊ opis:ibi maior aſcenſus corporis ad monteꝫ
dñi quē vocat celū: ⁊ iō qui maiores erunt in ſctitate:altius aſcēdēt vt.1.
Cor.15. Alia claritas ſolis:alia claritas lune:alia ſtellaꝝ: ⁊ ſtella differt Paul.
a ſtella in claritate:ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ. Sed nota ꝙ ſicut in his q̄
mō ſenſui apparēt:decipiᷣ ſenſus: nō aūt rō.ſic ſe hꝫ de ſapientibꝰ huius
mūdi. Nā vt dicit Alfraganus. Si nos ꝯſideremus ſpherā ſolis hic ꝓpe Alfra.
polū arcticuꝫ:vbi nos ſumus:q̄tūcūqꝫ aliquod graue appareat deſcende
re deorſum qñ cadit:tñ verſus ſpherā ſolis tunc realiter aſcēdit:⁊ q̄to gra
uiora ſunt corpora q̄ videnᷣ nobis citius deſcendere: tāto tunc ad ſpherā
ſolis velocius aſcendūt. Oē.n.recedēs a centro orbiū celeſtiūꝫ ⁊ accede[illegible]
ad circūferentiā drᷣ aſcēdere. Centrū aūt ē locus maxime infimus cuiuſli
bet ſphere. Cū aūt ſol ſit eccentricus a terra:cuius centruꝫ eſt ſup nos: ⁊

ſeo quanto aliquid magis deſcendit verſus terrā: magis accedit ad circū ferentiā ſolis: ⁊ per ɔſ̄s: magis aſcēdit. Sic ſe h₃ de hoībus huius mundi. Sancti.n. quāto ſimpliciores ⁊ deſpecti extiterunt: tāto reputati fuerunt a prudētibus huius mundi magis deſcendere in ꝑditionē. Sap.5.

Sapie. Hij ſunt quos aliqñ habuimus in deriſum ⁊ in ſiſitudinem improperij: nos inſenſatiui tā illoꝝ extimabamus inſaniā: ⁊ finē illorum ſine honore.

Paul. Sed nō ſic accidit ⁊ iō. 1. Cor. 1. dicit Ap̄ls ex parte dei. Perdā ſapiam ſapientum: ⁊ prudentu₃ prudentiā reprobabo. Vñ totum oppoſitum eſt eius qᵭ apparet: qꝛ tales pauperes ⁊ deſpecti magis aſcendunt ad ſolē iuſtitie.ſ. xp̄m: ⁊ cā eſt: qꝛ eſt maior gloria ſp̄ūalis gloria mundi. Vñ pruden

Gloria. tes huius mūdi reſurgēt in ignominia. p̄s. Nō reſurgēt impij in iudicio.

p̄s. vñ deſcendēt ⁊ nō aſcendent: ſed ſimplices boni aſcendēt ad celos: ⁊ tāto

Iſido. magis mūdiores. Iſid. in lib. ethy. querit. Quare Anguilla mortua nūꝗ̄ aſcendit in ſupficiem aque: ſed in fundo corrumpitur: alij vero piſces aſcē

Nō. dunt. Et r̄ſidet. qꝛ anguilla terreſtris eſt ⁊ ſpiſſa ⁊ cōpacta: vbi nullus pōt intrare ſp̄ūs: nō ſic de alijs piſcibꝰ. ſic diuites ⁊ potētes huius ſeculi ſunt

p̄s terreſtres: qꝛ oculos ſtatuerunt declinare in terrā. vt dicit p̄s. ⁊ cōpacti.ſ. duri ⁊ crudeles in pōpis ⁊ vanitatibꝰ iplicati: ⁊ iō non pñt aſcendere. S₃

Anſel. pauperes ſp̄ū aſcendunt in celu₃. Math. 5. Bti pauperes ſp̄ū: qm̄ ipſoꝝ ē regnu₃ celoꝝ. Similiter mundi corde ⁊ corpore cu₃ ſint priuati corporalibus: facti ſp̄ūales aſcendunt. Et talis fuit btā virgo Maria. Nā Anſel. de ea dicit. Decuit virginē ea puritate nitere. qua maior ſub deo nequit intelligi. Et iō nō ſolum ꝗ̄tu₃ ad aīa₃: ſed etiā ꝗ̄tum ad corpus aſcendit ⁊ exaltata ē ſup choros angeloꝝ ad celeſtia regna: vt canit ſctā Ro. eccleſia. Sic quicunq₃ voluerit celum empireum aſcendere: ſit mundus corde: corpore: ⁊ opere: vt dicit Dauid in p̄s ſupradicto.

¶ De celo empireo tria dubia. Cap. 10.

Cum dictu₃ ſit ſitu₃ localē eē in celo empireo: vt ſciamus q̄ño xp̄s ⁊ bti reaſſumptis corporibꝰ putanꝭ in celo locari: vel ſituari. ſunt aliqua partialia dubia. Primu₃ dubiu₃ eſt vtꝝ ſuperꝰ xp̄m ſit aliqd ſaltē de celo. R̄ñdet Fran. may. ꝙ thronus xp̄i ſic putaꝭ fore ſtabilitus in ſupficie extrema celi empirei: ꝙ nil de celo eſt ſupra caput ipſius vel v̄ticē: ɔcordat Ricar. in. 3. di. 22. ſic intelligēdo ꝙ xp̄s nō eſt extra ſupficiē conuexā celi empirei. qꝛ extra illud celū nō ē locus: ſ₃ ē in ſumma p̄te illius celi ad itra ⁊ nō ad extra: ⁊ ſic dicit p̄s. Pſallite deo q aſcendit ſuper celū celi:

p̄s ⁊ ſic aſcēdit xp̄s in altū. Alii aūt bti locabunꝭ ſupius ⁊ inferius ſ̄m merita

Bona. ordinātia ad diuerſos choros angeloꝝ. Nā ſ̄m ſctm̄ Bona. in. 2. di. 2. circa lr̄a₃ dicit: ꝙ xp̄s eſt ſup oēs ⁊ angelos ⁊ hoīes loco ⁊ dignitate: poſt ipſu₃ btā v̄go ſup oēs alios. Deinde ordinanꝭ ceteri ſ₃ dignitatē meritoꝝ. Nō d₃ aūt (inq̄t) imaginari ꝙ ibi ſint bti ſicut in ſolario: nec tñ intelligēdū eſt ꝙ vnus ſit directe ſup caput alterius: ſ₃ ſicut ſi eēt mons rotūdus ⁊ aliquis eēt in culmine: ⁊ aliq circūcirca: ſic pōt aliqs imaginari: q meliꝰ neſcit diſpoſitionē btōꝝ in celo empireo ⁊ eius altitudinē magnā: veluti imaginādo aues ſ̄m ordinē in aere: piſces in aqua. magis tñ deſiderandum ē ꝗ̄

imaginandum

imaginandum. hec Bona. Cogita ꝙ quo Paruuli baptizati: qui nō pro-
prijs meritis saluant̃ ſed merito paſſionis xp̄i: vt dicūt doctores in. 3. ſen.
erunt in infimo loco: ⁊ ſup hos erunt cōes holes ꝯiugati boni: deputati
angeloꝝ choro: ſup illos vidue pfecte: ⁊ deputabunt̃ archāgelis: ſup hos
virgines ⁊ deputabunt̃ choro principatus: ⁊ ſup hos Anachorite q le de-
derunt orōni numerabunt̃ in choro virtutuz. Sup hos religioſi obediē-
tes cū choro poteſtatū. In choro dominationū erunt martyres. In choro
aūt thronoꝝ: Patriarche ⁊ Prophete. In choro cherubin: Euangeliſte ⁊
Doctores. In choro ſeraphin erunt Apl̄i. ſic ꝙ paruuli Innocētes faciēt
vnuz choꝝ decimū de ꝑ ſe: ſed alij qui habuerunt rōnis vſum ad aliquem
choꝝ ſecundū merita aſcendēt. Btā autē virgo Maria erit ſup oēs pro-
pinqua xp̄o: ſed xp̄s in ſummo. ¶ Scd̄m dubium vtruz aliqs btōꝝ loca-
bitur retro xp̄m i celo empireo. Ad hoc glo. ſup Joſue. 21. dicit ſic. For- Glo.
taſſis ſic ordinauit de⁹ ſtellas celi aliq̄s i pte aq̄lonis: alias i oriēte: alias
in occidente: alias in auſtro: ita eos qui ex reſurrectione mortuoꝝ erunt ſi
cut ſtelle celi in multitudine ⁊ claritate varia: ordinabit in regno celorum
ſm ordinē ſtellaꝝ ⁊ partiuz orbis: ⁊ dabit alijs ſortem ad orientē: aliis ad Ricar.
occidentē: alijs ad auſtrum: alijs ad aquilonē. hec glo. Ricar. autē in. 3.
di. 22. dicit ꝙ pie credenduz eſt xp̄m dn̄m in illo throno celeſtis glorie: ſic
ſituatuz. ſ. ſuper oēs ꝙ. ſ. nulluz habeat retro ſe: ſed oēs electi in faciē ip-
ſius aſpiciunt. aſtantes ſumma cū reuerētia ⁊ laudib⁹ diuinis tanq̄ꝫ regi
ꝑexcellentiſſimo: oculiſqꝫ corporalib⁹ ip̄m poſt reſurrectionē oīuz iocun-
diſſime ⁊ dulciſſime aſpicientes in quē. ſ. dn̄m Jeſum: ⁊ angeli deſiderant
ꝓſpicere. i. Petri. i. hec ſm Ricar. Tertiuz dubiuz vtꝝ xp̄s dn̄s: ⁊ vnus Petri
quiſqꝫ beatoꝝ ſemꝑ ⁊ continue in ſuo loco ibi reſideat: vt ad aliā partem
celi ſe nunq̄ꝫ transferat? Rn̄det Ricar. vbi ō: cui ꝯcordat Fran. may. ꝙ nō
eſt affirmanduz ſic ſemp in illo loco reſidere ꝙ nunq̄ꝫ ad aliuz locuz ſe trāſ
ferat ad tp̄s modicuz ſaltem. q2 xp̄s non eſt obligatus illi loco: ſed ille lo-
cus eſt xp̄o ſm congruentiam deputatus. ſimiliter ēt de aliis btis. immo
credo ꝙ viſitabunt ſe inuicē. Nā ⁊ aliquando ēt ad hunc mundum venit
Chriſtus: poſt aſcēſionē ⁊ apparuit aliqb⁹ i hac vita ex ſpeciali gratia. nec
habeo (inquit) rationem cogentem ꝙ nunq̄ꝫ ad aliam partem celi ſe trans-
ferat. hec ille.

¶ Qd̄ quilibet chriſtianus dꝫ querere regnuz celoꝝ. Cap. 11.

Ex pre declaratis: eliciatur hoc correlarium. videlicet ꝙ qlibet chri- Cor̄
ſtianis ſpretis mundialibus honoribus: dignitatib⁹: diuitiis ⁊ vo-
luptatibus tranſitoriis: querat regna celorum virtutibus mediā-
tibus: quia non habemus hic ciuitatem permanentem: ſed futurā inqri-
mus teſte Paulo. Et idem Apl̄s ad Colo. 3. ait. Que ſurſum ſunt queri- Paul.
te: nō que ſuper terram. Surſum vero eſt Hieruſalem. Gal. 4. Hieruſa
lem autem interpretatur viſio pacis: ſed dicit Apoſtolus: ꝙ viſio pacis eſt
ſurſum. ideo pax non poteſt haberi deorſum in hac vita mortali. Omnia
enim infra concauum lune continue pugnant. Unde philoſophus Em- Empe.

pedocles dicebat: ꝙ duo ſunt principia. ſ. lis ⁊ amicitia: par ergo ē ſurſuꝫ.
Ptbol. Sed q̄ ex ſenſibilibus cognoſcimus intelligibilia. Jō nota ꝙ Ptbolo. ꝑ
Qō. poſi. 52. querit: quare aliq ſunt longi ⁊ magis accedūt ſurſum: q̄ȝ alij. Rñ
Pbs deo. Ad hoc duplex aſſignaꝛ rō. Prima eſt pbica. nā dr. 2. celi. Celuꝫ eſt ſurſum: ⁊ terra deorſum: ⁊ q̄ ale ſunt virtute celi in iſtis inferioribus: ⁊ ēt diſpoſitiue aīa hois ſm nobilitatē aīaꝝ eſt ſurſum. Surſum. n. in aīatis: dr eē ex illa pte vñ recipit alimentū. Un̄ arbores habēt ſurſum ad terraꝫ ecōtrario ad celū. Bruta vero medio mō: ſed hō codē mō. Quanto ḡ aīa maiorē influentiā ex ſurſum recipit ſm maiorem vel minorē diſpoſitioneꝫ ipſius aīe: tanto magis vel minus corpus accedit ſurſum ⁊ creſcit in lōgū. Sed alia rō ibi aſſignaꝛ a Ptholemeo ⁊ eſt talis. Qñ in natiuitate alicuꝰ ſue: aſcendēs eſt in principio ſigni: natus erit lōgus: qñ vero in fine ſigni: natus erit curtus. Altius in ſigno exiſtēte in aſcēdente: quo ad nos: ē ꝑn cipiū: ⁊ imum: eſt finis. Un̄ qui recipit influentiā a parte altiori: extendiꝛ ſurſum: ſed nō qui recipit influentiā ab imo. ſ. a parte inferiori. Un̄ etiam qñ planeta: q eſt dn̄s alicuius natiuitatis: eſt eleuatus in auge ſui epicicli: ille natus erit longus ⁊ accedet ſurſum: q̄ recipit influentiā ex alto: ſꝫ qñ eſt in oppoſito augis: q̄ nō recipit natus influentiā ex alto: ſed ab imo: iō nō extēdiꝛ ſurſum. Sic ſpūaliter qui vult in hoc mundo recipere influentiā a parte inferiori. ſ. in diuitijs: honoribus: voluptatibus: nō aſcēdet ſurſum. i. in celū: ⁊ nō erit lōgus ſed curtus: q̄ gaudiū impioꝝ ad inſtar pun
Job cti ſm Job ⁊ cito deficiet: ſed q recipit ex ſurſum: ſiue a parte ſupiori. ſ. deo
Math. aſcendet ſurſum: ⁊ erit longus. q̄ Math. 25. Jbunt iuſti in vitā eternaꝫ. Dimittamus ergo terrena ⁊ queramus celeſtia. Nā dicit xp̄s niſi quis re
Qō nunciauerit oībus q̄ poſſidet: nō p̄t intrare in regnū celoꝝ. ¶ Qō fit ſup 8. de aīalibus. Quare illa que currūt: vt ſunt Lepores: Dame: Cerui i venationibus vadūt ſurſum: ſed ſues deſcendūt deorſum ad vepres: Rñ. q̄ in p̄mis viget aīa: i alijs viget corpus. ¶ Sic vere illi in qbus viget aīa. i. rō ſemꝑ cogitant de celeſtibus: ⁊ ſic vadunt ſurſum: ſed illi in quibꝰ viget ſenſus. i. appetitus ſenſualis: ſemꝑ deſcendunt ad tp̄alia ⁊ terrena: nunq̄ȝ cogitant niſi de terrenis: imo non pñt ſatiari: q̄ creſcit amor nūmi q̄ntū ipſa pecunia creſcit. Queramus ḡ ſurſum iſtud. ſ. celū: ſurſum ē Hieruſalē.
Paul. Jō que ſurſum ſunt querite. ⁊ Phili. 3. Nr̄a ꝯuerſatio in celis eſt. Qñ. n. terrena deſpicimus: ⁊ celeſtia affectamus dicimur tunc ꝯuerſari in celis: nō habitādo corpore: ſed ꝯuerſando mēte ⁊ deſiderio. Ut ergo qlibet terrena deſpiciat ⁊ amet celeſtia ac accēdaꝛ ad ſupiora: cogitet qualiter in celo empireo: ⁊ in gloria btōꝝ eſt oīs mali abſentia. Nā ibi per ſummuꝫ bonum: extirpatū eſt oē malū. ſ. culpe: pene: ⁊ miſerie. q̄ ibi btī malū facere vel pati nō ſolū nolunt ſed nec oīno pñt. Eſt ēt ibi in illa gloria: oīs boni p̄ſentia. Primo oīs boni ſ̄balis ex pte aīe: quod ꝯſiſtit in viſione: tētione: ac dilectione ſummi veri ⁊ boni. Secundo ꝯſubſtantialis: quod ꝯſiſtit in gloria corporis dotati p q̄tuor glorioſas dotes: q̄ ſunt claritas: ipaſſibilitas: ſubtilitas: agilitas. Tertio accidētalis: quod ꝯſiſtit in gaudio creaturaꝝ: iuxta ſe in aſſociatione oīum boīum btōꝝ ⁊ angeloꝝ: ſub ſe: q̄ btī gaudēt

ꝙ penas

ꝙ penas eternas p dei miſericordiã euaſerunt: ⁊ ꝙ inimicis ſuis: p dei iuſtitiã: pene ſunt inflicte: ſupra ſe: q2 hoiem deũ cũ ſua beatiſſima matre glorificatos aſpiciũt. In his oibus laudat dei larga ⁊ mirifica remuneratio: qua ꝓ paruo ⁊ breui merito: eternã ⁊ ineffabilẽ ſanctis in celo dat gloriã: letitiam: ⁊ felicitatẽ: ⁊ oia eis ordinat in bonũ: tam bona ꝙ mala: ⁊ ꝓpria ⁊ aliena: ⁊ nõ ſolũ mala pene: ſed ẽt mala culpe: vt de bonis ꝓprijs glorientur: ⁊ de alienis cõgaudẽdo delectent. De malis ꝓprijs gaudẽt: q2 euaſerunt. De alienis: q2 in ſimilia nõ inciderũt. Gaudẽt de ꝓpria felicitate q̃ ẽ multiplex. Gaudẽt de oi electoꝝ gloria tã in numero ꝙ i magnitudine: ⁊ de quolibet ſicut de ſe gaudẽt: q2 tm̃ diligũt illã habere qui h3: ꝙ nolẽt eã habere vt alter careret ea. Sed de gloria dei tanto plus ſup oium ⁊ ſuaȝ ⁊ ſanctoꝝ gaudẽt gloriã: ꝙ̃to plus diligũt eũ ſup ſeipſos ⁊ ſup alios. Maxime cũ gloria dei ſit infinita: ⁊ iõ ſup oẽm menſurã d3 eſſe de gloria eius: licet creatura nõ valeat infinite diligere ⁊ gaudere. Gaudet ad hoc qlq3 diligi ſe ab oibus: ſicut ſeipm diligit. Inſup gaudet ſe diligi a deo plus ineſtimabiliter ꝙ a ſeipſo: ⁊ oiu3 gaudia gaudet ſibi cõia eſſe: ⁊ tã plene ad pticipandũ expoſita: vt hauriat de bonis ꝙ̃tũ cupit ⁊ capere põt ſicut ꝓpria: ibi erit gloria corpoꝝ ⁊ ſpuũ3: ibi videbit deus deoꝝ ſ3 diuinitatẽ facie ad faciẽ. et ſm humanitatẽ glorioſam: in quã ẽt deſiderant angeli ꝓſpicere. Sicut ãt certi ſunt electi ſe habere gloriã illã: ita certi ſunt ꝙ nũꝙ poſſunt amittere. Ibi eſt ſacietas ſine faſtidio: ⁊ deſideriũ cũ deſiderati plena adeptione. Ibi ⁊ pura ⁊ plena laus reſonat de oi ⁊ toto corde ſuo laudantiu3 deũ: de tã pia ⁊ magnifica bonitate eius: q ab eterno eos ad hãc gloriam ꝑdeſtinauit. Tot igit ⁊ tãta ſunt ⁊ erunt in celo empireo gaudia in htoꝝ gloria tã corporis ꝙ aie: ꝙ ea nõ poſſent oẽs huius mũdi Arithmetici numerare. Geometrici mẽſurare. Grãmatici: Dyalectici ⁊ Rethorici effari. Fide nõ capiunt: Spe nõ attingunt: Charitate nõ ꝯprehẽdunt. Deſyderia trãſcẽdunt: acquiri poſſunt: eſtimari coꝝ ꝑcioſitas non põt ⁊c. Hec igit meditari: eſt in celis ꝯuerſari. Studeat ḡ qlibet has celi empirei conditiones ⁊ ꝓprietates cognoſcere: ⁊ ſic bñ viuẽdo: ad eas merebit ꝑuenire.

¶ Qõ. Utrũ celũ empireum influat in inferiora. Cap. 12.

Queſtio mouet. Utrũ celũ empireũ iſluat in hec iferiora. Et hec qõ mouet a. 8. Bona. in. 2. di. 2. arti. 3. q. 2. Et ꝙ ſic. arguit pmo. Nã in quolibet creato qõ eſt pfectũ ⁊ ꝯpletũ: eſt ſba: virtus: ⁊ opatio. ḡ in ipſo empireo. Si ḡ h3 virtutẽ: aut p quã opat in id: qõ ẽ ſupra: vel in id: qõ eſt iuxta: vel in id: qõ infra. Nõ in id qõ ẽ ſupra: planũ ẽ: nec in id qõ eſt iuxta: q2 ipm eſt ſup oia corpora. ḡ videt ꝙ p illã virtutẽ influit in id qõ eſt infra: aut v̓tus ⁊ ſba eius erit ocioſa: qõ plane eſt incõueniens. Itẽ oia corpora pp humanũ obſequiũ ſunt facta. Uñ ſumus nos finis quodãmodo oiu3 coꝝ que ſunt. ḡ ſi empireũ aliqd eſt: de aliquo ſeruit hoi: qõ nõ faceret niſi aliqd in hec inferiora influeret. ergo ⁊c. Itẽ quanto aliqõ corpus ſitũ eſt ſupius: tãto inter corpora nobilius eſt: ⁊ quãto nobilius: tãto potẽtius ⁊ melius: ⁊ ꝙ̃to potẽtius ⁊ melius: tanto in agendo ⁊ influẽdo efficacius: ſi ḡ celũ empireum eſt ſupremũ: ḡ videt ꝙ ſit maxime

influens in hec inferiora. Itē quanto lumē est maius: tāto magis se diffundit: ⁊ multiplicat: si ergo empireū inter corpora ē luminosum maxime. ergo maxime diffusiuū: sed lumē illud nō priuat efficacia vegetādi ⁊ ɔseruādi: quēadmodū nec lumē firmamēti: ergo vr̄ ꝙ empireū in hec inferiora maxime sit influēs. Rñdet Bona. vbi s. ꝙ circa hoc duplex ē opinio. Prima ꝙ empireū influit influētia nobilissima: ⁊ cū sit corpus influit influētia corporali. Et cū sit corpus excellētissimū influit sup corpora nobilissima ⁊ talia sunt corpora hūana q̄ sunt ordinata ad formā nobilissimā. s. aīam rōnalē. Celū igit sydereū ordinat ad cōciliationē elementoꝝ ⁊ ad susceptionē vegetabilis. Christallinū ad susceptionē sensibilis: sed empireū ad susceptionē rōnalis: ⁊ hoc vr̄ rōnabile: nō solū rōne ordinis influētie: sed rōne ɔformitatis nāe. Celū. n. empireū ē locus spūaliū sbaꝝ: ⁊ ēt corpoꝝ glorificatorum: ⁊ qm̄ ɔueniētia est loci ad locatū: vel manifesta vel occulta vr̄ influentia illius celi eē cōsona corporibus nostris: ⁊ aīabus amica: nō rōe sui: sed rōne suoꝝ corpoꝝ que pficiunt ⁊ informāt. Alia est opinio totaliter in oppositū. s. ꝙ empireū nullo modo influit: vide Bonauen. vbi supra. sed ego teneo primam opinionem.

¶ Itē de Celo empireo alia moralitas. Cap. 13.

Celū empireū ēt repñtat nobis gloriā eterne btitudinis. Opz. n. locū ⁊ locatū cōformari. Vñ cū celū empireū sit locus glīe btōꝝ opz ꝙ eoꝝ statui ɔformet. Et ista ɔformitas attēdit q̃tuz ad sex ptē. ¶ Nā p° celū empireū dr̄ ꝓpriū dei hitaculū. de hoc. n. ipse deus dixit

1 Esa. Esa. 66. Celū sedes mea ⁊ terra scabellū pedū meoꝝ. Hec. n. duo corpora in mundo maxime repñtant dei eternitatē ⁊ imutabilitatē. s. corpus supremū qd̄ vocamus empireū. q: illud solū inter spheras celestes ponimus immobile: ⁊ iō assimilat sedi: in qua sedēs qeścit. Et corpus infimū. s. terra qd̄ a suo situ nunq̄ mouet: et iō assimilat scabello qd̄ ēt opz eē qētū ⁊ firmū.

Eccle. Eccī. 1. Terra in eternū stat. q: in celo empireo maxime fulget diuine virtutis opatio. Iō spāliter dr̄ ibi esse sedes dei ⁊ habitatio dei. ps. Dñs in ce-

ps lo sedes eius. Et hinc ē ꝙ hoies orare volētes manus leuāt ad celū: tanq̄ ad dñm eius. Hoc aūt hi ɔpetit glorie beatoꝝ in qb⁹ deus imobiliter habitat ita vt nunq̄ ab eis separet ⁊ iō replet eos letitia eterna ⁊ gloria: fm̄ illud ps. In eternū exultabunt: habitabis in eis ⁊ gloriabunt in te. ¶ Se-

Psal. 2 cūdo celū empireuz est claritate luciduz. Vñ empireū: vt prius dcm̄ ē: dr̄

Basil. igneuz: nō ab ardore: sed a splēdore. Cōueniēs. n. est fm̄ Basiliū: vt sicut dānati habēt extremas tenebras: ita bti habeāt extremā lucē. Et ēt ɔpetit btis: quoꝝ mēs p lumē infusum glorie cōfortata ⁊ eleuata: ineffabile ⁊

ps increatuz lumē attingit: fm̄ illud. ps. In lumine tuo videbimus lumen. Repñtat ēt illud celuz splēdidissimuz: gloriosaz claritatē: quam corpora

Sapie 3 gloriosa post resurrectionē habebūt. Sapie. 3. Fulgebūt iusti sicut sol in regno pr̄is eoꝝ. ¶ Tertio celuz empireū est capacitate maximū. Nā ifra se icludit oīa corporalia. Et hoc ēt cōpetit felicitati btōꝝ: q. s. icludit ⁊ ɔti-

Boe. net oīa desyderabilia. Vñ Boe. dicit: ꝙ btitudo ē status oīuz bonoꝝ ag-

ps gregatione pfectus: ⁊ iō ibi solū satiabit hūanus appetit⁹: fm̄ illō ps. Sa

tiabor

tiabor cū apparuerit gl̄ia tua. ¶ Quarto celū empireū ē figura ſphericū. 4
Figura autē ſpherica cū careat p̄n̄ ⁊ fine: rep̄ntat eternitatē dei: quā btī
ꝑticipāt: ipm̄ deū p eſſentiā vidēdo: ſm̄ illud Jo. 17. Hec ē vita eterna vt Joan.
cognoſcāt te ſolū deū vex̄ ⁊c. Et iō btī dicunꝭ eē in vita eterna. i. in vita in
terminabili ⁊ pfecta. Nā eternitas ē interminabilis vite tota ſimul ⁊ pfe
cta poſſeſſio. vt Boe. dicit in. 5. de cōſola. Un̄ qꝛ btī habēt vitā itermina
bilē ⁊ intrāſmutabilē: nō ſolū ſm̄ eē: ſʒ ēt vlteri⁹ ſm̄ opōnē: qꝛ q̄tū ad illā Boe.
opationē qua verbū vidēt. ſ. quo ad viſionē: nō ſunt i ſctis volubiles cogi
tationes. vt dicit Aug. xv. de trinitate. Et iō dꝛ Daniel. 12. ꝙ erūt q̄ſi ſtel Auge.
le in ꝑpetuas eternitates. ¶ Quinto celū empireū ē ab oī motu q̄etū. Nā Daniel.
ſi eēt motū: motus eius dep̄hēderet p aliqd corpus apparēs: ſicut dep̄hē 5
dit motus aliax̄ ſpherax̄: qd minime apparet: ⁊ iō celū empireū ē oīo q̄etū
vt̄ Baſil. dicit in. 2. Hexameron ꝙ remuneratio q̄ p dignis opationibus Baſil.
reſtauraꝭ: in ea luce q̄ eſt ex̄ mūdū: q̄etis domiciliū ſortieꝭ. Sic ēt ſtat⁹ btō
rū ʒ vltimo fini inherētium eſt ſtatus omnimode quietis ⁊ pacis. ſm̄ illud
p̄s. Poſuit fines tuos pacē: ⁊c. habēt. n. q̄etē ab oī labore: iuꝛ̄ illd Apoc.
14. A modo iā dicit ſp̄us vt requieſcāt a laborib⁹ ſuis. Jtē ab oī moleſtia vl̄ p̄s
inq̄etatione. p̄s. Jn pace in idipm̄ dormiā ⁊ requieſcā. Sʒ nota ꝙ q̄uis celū Apoc.
empireū ſit imotū: hʒ tn̄ ſm̄ aliquos ⁊ p̄cipue ſm̄ Bona. in. 2. di. 2. ar. 3. p̄s
q. 2. iſluētiā ſup alia corpora: q̄ mouenꝭ: ſicut ēt ſupremi angeli q deo aſſi Bona.
decima eſt penitentie pro hora finali. Math. 3. Penitentiam agite appro Math.
pinquabit regnum celoꝝ. Per hanc intrauit Latro. cui dictum eſt. Ho-
die mecum eris in Paradiſo. Et per hanc intrant penitentes in extremis:
iure fraudis ⁊ rapine: quia minori precio. ſ. penitentia modici tẽporis acq
runt. Nam bonus ⁊ miſericors deus vt omnes poſſit ſaluare: pmittit ſciẽ
ter ſe i hoc fraudari ex miſericordia infinita. Nã fraus eſt q̄ſi qđ quis erat
venditurus: ego per dolum induxi vt illud minori precio mihi venderet.
Sic magni peccatores ſolum in fine penitentes fraude furant̄ ⁊ rapiunt
celum quodãmodo: deo tamen ex miſericordia permittente. Unde Amb. Amb.
dicit. Aggrediantur peccatores ſaltem more latronum ⁊ furum: vt ſpoliẽt
dominum ⁊ auferant regnũ ⁊ vitaꝫ eternam. Sed ille tam vinces ⁊ largus

eſt vt non abnuat ꝛ nõ reſiſtat! qui cum omnia dederit: nihilominus omnia poſſidebit. Sed de hoc petõres nõ preſumant: ſed q̃ totius peniteant: quia vt dicit Aug. in extremis penitentibus: licet penitentiam dare poſſimus ſecuritatem tamen dare non poſſumus. Tene ergo ꝙ certũ eſt ꝛ age penitentiã dum ſanus es. Ecce ergo q̃ copioſus ſit deus in dando celum hominibus: cũ multas portas. ſ. vias ꝛ modos inſtituerit: per quas in celum empireum valeant intrare.

Aug.

COELILOQVII MORALIS LIBER TERTIVS.

¶ Typus Aſtrologie.



¶ Aſtrologia quid ſit. Cap. I.

Quoniam dicturi ſumus de celis ꝛ aſtris: de quibus eſt Aſtrologia: non videtur inconueniens vt dicã hic: quid ſit Aſtrologia: prout ſapientes huius ſcientie ipſam diffiniunt. Aſtrologia igit̃

ſic diffinit vno mõ: q̄ ē aſtroꝝ regula. Eſt. n. regula recta ordinatio ac manifeſte declarãs id qđ ē ſm veritatẽ ſui eẽ: non q̄ ex regula ſumat veritas: ſed vt ex ea que eſt veritas regula naſcat. Ab eo. n. q̄ res ē vel nõ eſt: ē oẟo vera vel falſa. Alij aliã aſſignãt diffinitionẽ ſic. Aſtronomia eſt ſcia p̄ quã non ſolũ p̄ſentium verum ẽt p̄teritoꝝ ac futuroꝝ datur cognitio. Sic igit diuidit Aſtrologia in duas partes vel ſpẽs. ſ. ſpeculatiuã que eſt aſtrologia: ⁊ actiuã vel practicam que eſt aſtronomia. Aſtrologia ſpeculatiua vel contemplatiua eſt ſcia magnitudinis mobilis: que curſus ſydeꝝ ⁊ habitudines ſtellarum circa ſe: ⁊ circa terrã certa rõne perquirit. Et huius aſtrologie ſunt tres partes. Prima quaꝝ eſt de numeris ⁊ figuris celeſtiũ corporum: de ordinibus coꝝ in mundo: de quãtitatibus: ſitibus: proportionibus: quãtitatibus diſtantiaꝝ corũdem inter ſe. Scđa eſt de motibus ſup̄celeſtiũ: quot ſunt: ⁊ q̄ omnes coꝝ motus ſunt ſpherici: ⁊ q̄ quilibet cõicet cum oĩbus ſtellis: quiſue ſit p̄prius: ⁊ quot ſunt ſpẽs motus vniuſcuiuſq; coꝝ: ⁊ ad quas partes mouent: que ſunt ſex. ſ. ante ⁊ retro: ⁊ iſtis ſubalternant directio ⁊ retrogradatio: deinde ſunt: ſurſum ⁊ deorſum: dextrorſuʒ ⁊ ſiniſtrorſum: ⁊ de quibuſdã aſpectibus ⁊ ↄiunctionibus: ⁊ qñ hec fiant: ⁊ ſimilia. Tertia vero inquirit de hoc quod habitat de terra: ⁊ de illo qđ non habitatur ſm diſpoſitionẽ ſeptem climatũ: ⁊ de diuerſitate diei ⁊ noctis: ſm vnãquãq; regionẽ. Aſtronomia vero eſt ſcđa ps. ſ. actiua vel practica: licet aliqñ vna p̄ altera ſepe ponatur. Cuius diffinitio ſuperius iaʒ poſita eſt. Alij tñ aliter diffiniunt: ſic. Aſtronomia eſt ſcia que curſus ſtellarum: ⁊ ipſaꝝ diſpoſitionem ſm opinionẽ vtentium ea: preuia rõne: temporum deſcribit notitiam. Differentia ḡ inter Aſtrologiã ⁊ Aſtronomiã: hec eſt. qm̄ Aſtrologia eſt ſm rei veritatem q̄tũ ad notitiam intellectualẽ: ſiue ſcientalẽ: ſed Aſtronomia eſt ſm q̄ ea vtentes opinant ad effectuʒ ipſius: ſeu ſcia operatiua. Unde Alfarabius de ſcientijs ait. Aſtronomia eſt ſcia de ſignificatione ſtellaꝝ: quid. ſ. ſtelle ſignificent: de pluribus rebus: preſentibus. ſ. preteritis: atq; futuris. Quare aũt Aſtronomia vocet hoc noīe. Dico qđ illud nomen eſt cõpoſitum. ſ. ab aſtris ⁊ norma qđ ē regula: inde Aſtronomia. ſ. aſtroꝝ regula: vel aſtroꝝ practica: ſiue aſtroꝝ operatio. Sed cur potius Aſtronomia ab aſtris: ⁊ non a celis: nomen acceperit. Rñ. Quã aſtra ſunt nobis celis notiora (quia viſibilia) noſq; in notitiam celorum faciliter ducentia: a notioribus autem denominationem fieri notiſſimum eſt. Aut etiam quia doctiſſimi omnes ſpheras mundi: aſtra nõnunq̄ ſolent appellare: vt patet in libro. 2. de docta ignorantia Cardinalis Cuſe. Nõnulli autem grecorum. Athlantem quendaʒ primũ Aſtronomie fuiſſe inuentorem volunt: ⁊ hac de cauſa Poete hanc opinioneʒ inſinuare volentes: Athlantem eſſe maximum virum: qui capite in vno poloꝝ: ⁊ pedib⁹ in reliquo: manu dextra i oriẽte: ac ſiniſtra i occñte: celũ ſuſtineat. De hoc Aug. de ciui. dei li. 18. c. 8. ſic ait. Athlas frater Ptholemei magnus fuiſſe Aſtrologus dr̄: vñ occaſionẽ fabula iuenit: vt celũ portare ↄfingeret: q̄uis Mõs eius noīe vocet: cui⁹ altitudine celũ portare vulgus aſſerat. Alij Protoplauſtuʒ Adã: alij Abraã. ceteri 'vo huius ſciẽtie alios


Aſtrologia. — Aſtronomia. — Alfara. — Nico. de cuſa. — Inuentor aſtronomie. — Aug. — Pthol.

inuentores putant: eam tamē a Ptholemeo nō mediocriter illuſtratā vt in lib. Almageſti manifeſtum eſt. Temporibus aūt modernis a Georgio Purbachio: ⁊ Joāne de Monte regio egregie excultā cognouimus. De motibus vero corpoꝝ ſuperioꝝ Alphonſius rex caſtelle tabulas edidit.


Grego. Purba. Jo. de mōte regio. Alphō. Euclides

¶ De diffinitione Sphere: ⁊ mūdi ꝯtinentia ⁊ vnitate. Cap. 2.

Sphera ab Euclide ſic diffinit. Sphera eſt tranſitus circūferentie dimidij circuli quotiens fixa dyametro: quouſqȝ ad locū ſuū redeat vnde circūducitur.



Id ē Sphera eſt tale rotundū ⁊ ſolidum: qđ ab arcu ſemicirculi circunducto deſcribitur. Uel ſic. Sphera eſt corpus ſolidū vna ſupficie contētum: in cuius medio punctus eſt: a quo oēs linee ducte ad circūferētiā ſunt equales. Punctus aūt ille centrum ſphere: ⁊ linea per ipſum tranſiens: extremitates circunferentie ſiue pariferſe applicans (circa quam mouetur ſphera) Axis ſphere dicit: ⁊ puncta dicte linee terminātia: poli ſiue cardines mūdi dicunt. Prima autē omniū ſpheraꝝ ⁊ maxima: mūdi machina tota dicitur. Ipſa. n. omnia continet: nec quicqȝ extra ipſam eſt: qđ forme mundi ſit ſuſceptibile: ſed oē tale tam ſimplex ꝙ compoſitū in ſe cōplectit: ideo perfecta ē ⁊ vnica: extra quā nulla alia reperit. Qđ facile probat: ſi reꝝ tam ſimplicium: ꝙ compoſitarum naturas conſideramus. Oia. n. talia in ſuis locis naturalibus in ſphera contentis ſunt locata: vt leuia ſurſum: ⁊ grauia deorſum: ⁊ ſi extra hec loca ſint: ad ipſa naturaliter mouentur. Quod patet de lapide ſurſum proiecto: ⁊ candela accenſa ac deorſum verſa. ¶ Nam lapis in aere non quieſcit: ſed ad terram verſus centrum tendit. Sic ⁊ ignis candele deorſum verſe ſurſum tendit. Quapp ſi aliqđ horum extra ſupremā ſpheram eſſet: hoc cōtra eius naturā ⁊ violenter erit: ⁊ per conſequens ibi perpetuo nō manebit: qꝛ ſm Phm nullū violentum ē ꝑpetuū.



Pho

Unde Ariſtoteles aſſeruit. Si extra hūc mundū alius eſſet mundus: terra ipſius ad terrā huius moueretur: qđ non poſſet fieri niſi a centro verſus circūferentiam aſcēderet: qđ tn̄ eſt cōtra naturā terre ⁊ cuiuſcūqȝ grauis. Sunt tn̄ (vt primo Celi dicit idē Ariſtoteles) extra celū entia inalterabilia: in ſeneſcibilia: impaſſibilia: optimā vitā ducentia: ꝑ ſe ſufficiētiſſima: quā toto euo perficiunt: a quibus: omnibus alijs datū eſt eē ⁊ viuere:

bis quidem

bis quidem clarius: his vero obſcurius. Sed hec dicẽs: nõ de ꝯuexa ſupfi
cie ſupreme ſphere: ſed de cõcauo orbis lune intellexit. Unde totũ qđ ambi-
tu huius ꝯtinet: dixit ſpheram generabilium ⁊ corruptibiliũ. Totũ vero
ſuperius cõtinẽs ⁊ contentum ingñabile ⁊ incorruptibile credidit. Nota
tñ ꝙ ſphera differt ab orbe. nã ſphera vnica ſupficie .ſ. conuexa ꝯtinet:
orbis vero duabus cõuexa ⁊ ꝯcaua concluditur: vt eſt annulus.

De figura Sphere: ſiue machine mundi. Cap. 3.

Eli vñ mũdi figurã eẽ ſphericã: tria oſtendũt. Similitudo: cõmo
c ditas ⁊ neceſſitas. Similitudo quidem: factus eſt. n. mũdus ſen
ſibilis ad ſimilitudinẽ ⁊ exemplar mundi intellectualis archety
pi: ⁊ ydee mẽtis diuine: in quo nõ eſt principiũ nec finis: ſicut ⁊ in figura
ſpherica. Unde Boe. Tu cuncta ſuperno Ducis ab exemplo pulchrum
pulcherrimus ipſe: Mũdum mente gerens: ſimiliqꝫ imagine formãs. Cõ
cordant Plato ⁊ Mercurius trimegiſtus. Cõmoditas fuit: vt corpus (qđ
in ſe continet omnia) haberet figuram capaciſſimam omnium. Hec autẽ
eſt figura ſpherica. omniũ. n. corporum yſoperimetrorum: hoc eſt: equaliũ
circundantium ſuperficierum: ſphera eſt capaciſſima. Corpus. n. yſoperi
metrum dicitur corpus menſurabile mẽſura circulari: cuius ſpecies ſunt:
ſpericum: columnale: ouale: ⁊ pyramidale: ſed inter oẽs ſpecies: ſphericũ
eſt magis rotundum: ⁊ per conſe
quens capaciſſimum. Neceſſi-
tas eſt: quoniam ſi mundus eſſet
alterius forme ꝙ̃ rotunde. ſ. trila-
tere: quatrilatere vel multilate-
re: ſequerẽtur duo impoſſibilia. ſ.
ꝙ aliqs locus eſſet vacuus: ⁊ cor-
pus ſine loco: quorum vtrumqꝫ ẽ
falſũ: ſicut apparet in angulis ele
natis ⁊ circũductis: vt patet facile
in figura hic ſignata. Itẽ ſicut di
cit Alfraganus. Si celum eẽt pla
num: aliqua pars celi eſſet nobis
propinquior alia: illa. ſ. que eſſet
ſuper caput noſtrum: igitur ſtella
ibi exiſtens eſſet nobis propinqor
ꝙ̃ exiſtens in ortu vel occaſu: ſed
que nobis propinquiora ſunt: ma
iora videntur: ergo Sol vel alia
Stella exiſtens in medio celi ma-
ior videri deberet: ꝙ̃ exiſtens in or
tu vel occaſu. cuius contrariũ vi
ſus indicat. Maior enim apparet
Sol vel alia Stella in oriente vel



Boe.
Plato
Mercurius.
Alfraga.



occidente q̄ȝ in medio celi: ſed cuȝ rei veritas ita non ſit: huius apparentie cauſa eſt: q in tempore hyemali vel pluuiali quidam vapores aſcendunt inter aſpectū noſtrum ⁊ Solem: vel aliam ſtellaȝ: ⁊ cuȝ illi vapores ſint corpus dyaphanum: diſgregant radios noſtros viſuales: ⁊ nō apprehendūt rem ſicut eſt in ſua quantitate: vt patet in denario poſito in aqua: qui maior apparet propter ſimilem diſgregationem radiorum: q̄ȝ ſit in ſua naturali quantitate. exemplum hic.

Athlas.



℄ Sphere Moralitas. Cap. 4.

ſ Phera celi eſt ſupficies ꝛ rotūditas eiuſdem: que inter duos polos
voluitur inceſſanter: ꝛ ſphera eſt figura perfectiſſima: tum propter
rotunditatem eius: que caret principio ꝛ fine: tum propter eius ca
pacitatem: tum etiā propter eius vniformitatem: qꝛ equaliter a centro di=
ſtat. Eſt etiā figura velociſſima: qꝛ nulla eſt figura ad motum aptior quam
rotunda. Talis eſt deus. Primo qꝛ caret principio ꝛ fine: ꝓpter ſuā eter
nitatē. Unde Athanaſius. Eternus pr̄: eternus filius: eternus ſpūs ſan= Athana.
ctus: ꝛ tñ nō tres eterni: ſed vnus eternus. Item qꝛ equaliter ſe hꝫ ad cen=
trum. i. ad oēm hoiem ꝑꝑ amoris equalitatem: qꝛ diligit oīa que ſunt: ꝛ ni
hil odit eoꝝ que facit. diligit hoīes: qꝛ ad ſui imaginē oēs creauit: ꝯſeruat
oēs redimit: oībus regnum ꝑparauit eternū (q̄ꝫtū eſt ex ſe) qui vult oēs
hoīes ſaluos fieri. Itē oīum capaciſſimus: oīa continet per ſuam vniuerſi
tatem. Unde Hermes triſmegiſtus. Deus eſt ſphera intellectualis: cuius Hermes
centrū vbiqꝫ eſt circūferentia nuſq̄. Uel ſphera eſt vir pfectus: q īter duos
polos. i. inter natiuitatē ꝛ mortē: ꝯtīnuis motibus tribulationis ꝛ muta=
tionibus eſt ſubiectus: modo ſanus: modo infirmus: modo triſtis: modo
letus. Iſte eſt capax per charitatem: qꝛ oēs diligit tā amicos ꝙ inimicos ꝑ
deum. Uniformis per equitatem: nulli nocet: omnibus prodeſt quantuꝫ
poteſt. A centro. i. a mundo elongatus per voluntariam paupertatē. Mo
bilis per obedientie agilitatē illud inquiens. Dn̄e quid me vis facere: vel
per bonorum operum multitudinē. Unde Greg. Amor dei nunq̄ ē ocio Grego.
ſus operatur. n. magna: ſi amor eſt: ſi autē operari negligit amor dei nō ē.
Et beatus Hierony. Semper aliquid boni facito. Per celum ergo ſpheri Hiero.
cum ꝛ continue motū inter duos polos: repreſentat nobis quilibet vir iu
ſtus maxime ꝑꝑ quinqꝫ. ℄ Primo quo ad ſubſtantiā. Nam celum habet
in ſubſtantia ſimplicitatē: qꝛ non eſt ex contrarijs. Unde nullam hꝫ con=
trarietatem. Eꝫ. n. ponatur cōiter ex materia ꝛ forma compoſituꝫ: talis tñ
materia tota eſt ſubiecta ſue forme: ꝛ ſic nō poteſt corrumpi: qꝛ non hꝫ for=
mam contrariā vincētem ſm Sco. vbi ſupra. Et iō in celo non eſt diſcor= Sco.
dia ſicut Empedocles dixit: ſed ſolū concordia. Similiter viri iuſti in ſe: cō
trarietatē nō habent: qꝛ lꝫ i eis ſit materia ꝛ forma. i. caro ꝛ ſpūs: tñ ipſam
carnē ſubijciūt ſpūi. ſm illud Apoſt. 1. Cor. 9. Ego caſtigo corpus meum Paul.
ꝛ in ſeruitutē redigo. Nec ēt cū alijs habēt diſcordiā: ſed omnimodā q̄ꝫtū
poſſunt tam in ſe: ꝙ cū alijs (diuina fauēte gratia) cōcordiā habere nitun Job.
tur. Job. 25. fecit cōcordiā in ſublimibus ſuis. Et Luc. 19. Pax in celo. i. Luc.
in hoīe celeſti ꝛ ſctō: ꝛ gloria in excelſis. ſ. in btīs. Item celū hꝫ in ſua ſub=
ſtātia imutabilitatē: qꝛ in celo nō eſt gñatio nec corruptio: nec in toto nec
in parte. Et hoc cōpetit ſpecialiter virginibus ꝛ illis viris ſctīs qui continē
ter viuunt: qui nec carne per luxuriā: nec ſpiritu per aliquā mortalē cul=
pam corrūpunt: nec eſt in eis gñatio carnalium filioꝝ. Et lꝫ celum in ſe: nō
ſit generabile nec corruptibile. in inferioribus tñ eſt gñationis ꝛ corruptio
nis principiū effectiuū ꝛ regulatiuū. Qd̄ quibuſdā viris ſctīs aliq̄liter ꝯpe=
tit: qꝛ licet ipſi per ſe gñationi filioꝝ carnaliū vel matrimonio nō intēdāt:

tamen circa hoc alios fideles monēt ⁊ ordināt. Sicut patet de Apl'o Pau lo. Qui lꝫ ipſe in ſe eſſet virgo: alijs tamē dicebat. 1. Cor. 7. Uxori vir de
Paul. bitum reddat: ſimiliter ⁊ vxor viro. Et iteꝝ. 1. Timo. 5. Uolo autē iunio res nubere ⁊ filios procreare ⁊c. Non. n. ſancti viri etiam continentes: ma trimonium dānant in alijs: ſed approbāt ⁊ cōmendant: licet munditiam virginitatis preponāt nuptijs ⁊ matrimonio. Jtē in celo nō eſt augumen tum vel diminutio. Et viri iuſti ad hoc ſūme ſtudent: vt non eueniat in eis
2 vel augumentū culpe: vel diminutio gratie. ¶ Scd'o per celi circularita tem repreſentanꝰ viri iuſti. Nam figura ſpherica eſt capaciſſima: q2 vndiqꝫ equaliter cōcaua: ⁊ iō valde competit celo: qd' eſt omniū corpoꝝ ꝯtentiuū. Unde di Heſter. 13. Tu. n. feciſti celū ⁊ terrā: ⁊ qcqd celi ambitu contine
Heſter. tur. Jta ſilr viri iuſti per humilitatē ſunt vndiqꝫ concaui: ⁊ oio diuine gra tie capaciſſimi. Jtē figura ſpherica eſt deitati cōformis: ⁊ ſimillima: que ⁊ principio ⁊ fine caret: ⁊ iō ꝯpetit celo: qd' eſt nobiliſſimuꝫ corpoꝝ: vt ſit ſui opificis perfectioni cōforme: ⁊ eius eternitatē glorie repreſentet: iuxta illd'
ꝑs ꝑs. Celi enarrāt gloriam dei. Jta ſimiliter viri iuſti ⁊ ſancti: ēt in hoc mun do: diuinā perfectionem imitari conantur ⁊ quantū poſſunt ei aſſimilari:
Paul. ⁊ conformari: ꝑꝑ qd' dr. 1. Cor. 15. Qualis celeſtis: tales ⁊ celeſtes. Jteꝫ figura ſpherica eſt habilis ⁊ aptiſſima ad motū: q2 non hꝫ angulum impe dientē ſe ⁊ detinētē. Et iō bene cōpetit celo: cuius motus ē circularis ⁊ cō tinuus ⁊ maxime neceſſarius: q2 eſt vt vita q̄dam exiſtētibus oibus: ſicut
Phs Phs dicit. 8. phyſi. Silr viri iuſti ad motū bone opationis: ⁊ ad exitū pre ſentis peregrinationis: ſtudēt quātū poſſunt eſſe habiles ⁊ expediti. Ui ſi
Petrus quātū poſſunt ſe abſtinēt ⁊ reſtringunt ab impedimētis. ſm illud. 1. Pe tri. 2. Obſecro vos tanq̄ aduenas ⁊ peregrinos abſtinere vos a carnalibꝰ deſyderijs: que militāt aduerſus aiaꝫ. ¶ Tertio celū nobis reꝑſentat vi
3 ros iuſtos quo ad ſitū. Celū. n. hꝫ altitudinē ſitus: q2 ſicut nobilitate: ita ⁊ localitate ꝓminet oibus corporibus. Eccle. 1. Altitudinē celi ⁊ latitudi
Eccle. nē terre: ⁊ ꝓfundū abyſſi: qs dimenſus eſt? Hāc altitudineꝫ hn̄t viri iuſti in ꝯuerſatione: ſm illud ad Phili. 3. Noſtra conuerſatio in celis eſt. Jtem
Paul. in ꝯtemplatione ſiue in oratione ſm illud Treno. 4. Leuemus corda no
Eſa. ſtra cū manibus in celū. Jtē in intentione: ſm illud Math. 6. Theſauri
Math. zate vobis theſauros in celo. ⁊ poſt pauca. Ubi ē theſaurus tuus ibi eſt ⁊
4 cor tuū. i. intentio. ¶ Quarto ꝑ celum intelliguntꝰ viri iuſti ⁊ ſcti: quo ad motum: q2 motus celi eſt nālis: vel ſm Sco. neutralis: circularis ⁊ inceſſa
Sco. bilis. Licet. n. motus celi ſit effectiue a motore ſeꝑato. i. ab itelligentia ſpi ritualí: que non inheret celo vt forma: ſed ſolum vt motor: ⁊ mouet ipſum
Aug. imperio voluntatis: ſm vnam opinionem: q2 ſicut dicit Augu. 3. de trini tate. Materia corporalis quātum ad motum localē: obedit angelis ad nu tum: vel ſecundum aliam viam mouet mediante potentia executiua vel motiua non organica ipm celum: que potentia executiua vel motiua non organica: diſtinguitur a voluntate: vt patet per Scotum in quarto ſent. ¶ Sed pro nunc dicamus q Angelus mouet celum ad nutum. Sicut etiam in nobis apparet: in quibus ſtatim ad imperium voluntatis

⁊ imaginationis:

q imaginationis: ſequit motus corporalis mēbroꝝ: dic tñ ꝙ talis motus
mēbroꝝ fit nō ſolū a voluntate imperāte ſed a virtute motiua obediēte.
Et adhuc in motu celi (vt dicūt aliq) ſupra imperiū volūtatis addit etiā
influxus virtutis illius. Motus tñ celi dr nālis q̄tuꝫ ad hoc ꝙ hꝫ nālē
aptitudinē vt tali motu. ſ. circulari: ⁊ nō alio moueat. Vñ ſic: ex ſe nō hꝫ
aliqđ impediens talē motū: ⁊ iō eſt figure circularis. Dicit ēt Phs. 12.
Metaphy. ꝙ primū mouēs mouet celū: ſicut cōcupitū ⁊ deſyderatum: qđ
quidē poſſet intelligi: nō ſicut cōcupitū ⁊ deſyderatū a celo: ſed ab intelli= Phs.
gētia mouēte celū: q̄ iō mouet celū vt aſſimiletur deo in cauſando. Et ſic
primo colligit: ꝙ in motu celi eſt obediētia mouētis intelligentie: cuius. ſ.
imperio celū obedit. Itē aliq̄ iſluētia v̄tutis motiue. Et tertio deſyderiū
aſſimilationis prime cāe. Et quarto ex parte celi aptitudo nāe ꝓprie. Si=
militer iſta ſunt: q̄bus viri iuſti ad bene opandū mouent inceſſanter. ſ. in=
fluentia celeſtis grē ⁊ charitatis: ⁊ obediētia reſpectu diuine voluntatis. q̄
. ſ. manifeſtat in obſeruātia p̄ceptoꝝ ⁊ adimpletione diuine legis: q̄bus di
uina volūtas nobis inoteſcit. Itē eſt in eis deſyderiū ⁊ amor eterne felici=
tatis: in qua cū ipſe deus apparuerit: ſiles ei erimus. vt dr. 1. Io. 3. Eſt ēt
in eis aptitudo ꝓprie volūtatis: ⁊ liberi arbitrij coactio (vt ita dicam) ad
diuinā voluntatē implendā ſm illud. ps. Ut facerē volūtatē tuam deus Joan.
meus ⁊c. Vñ in oröne dominica petere docemur: fiat volūtas tua ſicut in
celo ⁊ in terra. ſ. vt implet in hoie celeſti atq3 ſancto vel iuſto: ſic ēt implea ps.
tur in petōre terreno. Itē motus celi eſt circularis. Circularis. n. motus
eſt ab eodē in idē. Et hūc motū hñt viri iuſti: q2 ſpūm quē hñt a deo per
creationē: ſtudent in ipm reducere: per finalem inhēſionē ſm illud. Eccl
12. Reuertat puluis in terrā ſuā: vnde erat. ⁊ ſpūs redeat ad dñm qui de
dit illū. ⁊ Eccle. 24. Girū celi circuiui ⁊c. Itē mot⁹ celi ē inceſſabilis ⁊ in Eccle.
fatigabilis: pp hoc ꝙ ſb̃a mouēs ipm eſt infinite virtutis. Quelibet. n. vir
tus ſupioris ordinis lꝫ formaliter in ſe finita ſit ⁊ ēt reſpectu ſupioris ſui: Eccle.
pōt tñ dici extēſiue infinita reſpectu inferioꝝ ſuoꝝ: ſicut ēt virtus ſolis (lꝫ
formaliter ex ſe ſit finita) pōt dici īfinita p reſpectū oiuꝫ īferioꝝ gñabiliū
⁊ corruptibiliū: p quoꝝ ꝓductionē (ēt ſi infinita eēnt) nō minoraret: ⁊ ſi
militer virtus intellectus pōt dici infinita reſpectu formaꝝ ſenſibiliū. Ita
⁊ virtus ſb̃e ſpūalis: qua mouet celū: lꝫ formaliter in ſe ſit finita intēſiue.
pōt tñ dici extēſiue īfinita quo ad motū corporalē: vñ nō ſeqtur fatigatio.
Vel dic ꝙ nō ſeqtur fatigatio: q2 celū nō eſt mobile improportionatū potē
tie angeli: ⁊ ēt q2 nō mouēt mediāte corpore: ex quo ſeqtur fatigatio: ſꝫ ip
ſum celū eſt mobile ꝓportionatū virtuti illius. iō nō fatigat. Siſr viri iu=
ſti ⁊ ſcti: ſunt in motu bñ viuēdi ⁊ bene opandi: inceſſabiles ⁊ īfatigabiles.
ſm illud Apoſt. Gala. 6. Bonū faciētes nō deficiamus. Et ad Heb. 12. Paul.
Nō fatigemini animis vr̃is deficiētes. Et hoc hñt viri iuſti ⁊ ſcti ex virtu=
te dei ꝯfortātis ⁊ īpellētis: cuius virtus oīpotēs ⁊ indeficiēs eſt. Vñ ad
Phil. 4. Oīa poſſuꝫ ī eo q̄ me ꝯfortat. ¶ Quinto p celū repñtant viri iu
ſti ⁊ ſcti: quo ad numerū. Sūt. n. decē celi ſiue ſphere mobiles: ſm moder
nos Aſtrologos: vt ſupra dixi. Quarū prima īcipiēdo ab inferiori: ē orbis

Lune: Scda orbis Mercurij: Tertia orbis Ueneris: Quarta orbis So
lis: Quinta Martis. Sexta Iouis. Septima Saturni. Octaua celū ſtel
latuȝ. Nona celū chriſtallinū ſiue aqueuȝ. Decimū celuȝ ē primū mobile
Hic aūt denarius nūerus: ꝯpetit ſctis viris ⁊ iuſtis: p obſeruation ē decē
Ps preceptoꝝ decalogi: qb⁹ inceſſanter mouenē curſu ſuo in deū. ſm illud ps.
Uiā mandatoꝝ tuoꝝ cucurri. Sȝ ſicut ſup has ſpheras vel celos p̄dictos
ſm Theologos. eſt celū empireū: ſiue igneū. i. ſplendidiſſimū: qd ē oium
ꝯtentiuū: ita ſupra oia iſta pcepta eſt p̄ceptuȝ charitatis oia alia p̄cepta cō
tinēs ⁊ includēs. vt pȝ p Apoſtolū. Moꝝ aūt maior ē charitas. Iſti ſcti q
ſunt celi ad quos nos pctōres currere debemus: vt coꝝ beneficio diuinam
Oſeis miſericordiā ipetremus. qꝛ ipſe deus dicit Oſee. 2. Exaudiam celos ⁊ ipſi
exaudiēt terrā. qꝛ. ſ. deus exaudit ſctōs ⁊ viros iuſtos: ⁊ ipſi ſcti viri ⁊ iuſti
exaudiūt terrā. i. hoīes terrenos: itercedēdo p nobis ad dn̄m Jeſuȝ xp̄m.

¶ Utrum celum ⁊ elementa ſint ſpherica. Cap. 5.

1 Uerit Utruȝ celū ⁊ elementa quatuor ſint ſpherica. Et arguit
q primo q nō. ⁊ primo de celo. Qꝛ celuȝ ē orbicularis figure ḡ nō
ſpherice: ꝯñia tenet: qꝛ figura orbicularis ⁊ figura ſpherica ſūt
diuerſe figure. añs pȝ: qꝛ orbiculare dr̄ illud qd eſt ꝯcauuȝ corpore alteri⁹
2 ſpēi repletuȝ. mō ſic ē de celo: ⁊ p ꝯñs ppoſitū. ¶ Scdo ſic. qꝛ figura ipſi⁹
celi dȝ eē maxime capacitatis inter oēs figuras: mō figura ſpherica: nō eſt
hmōi. ergo. ꝯña eſt nota. maior pȝ. qꝛ celuȝ dȝ oia alia ꝯtinere: ergo eius fi
gura dȝ eſſe maxime capax: ſeu cōtentiua. ſȝ minor pȝ: qꝛ figura ſpherica ē
minima. vt pȝ p Phm: in. 2. celi. ergo nō eſt maxime capacitatis: ꝯña tȝ:
3 qꝛ maioritas figure facit ad maiorē capacitatem. ¶ Tertio ſic. qꝛ nō oēs
ptes celi mouenē nāliter circulariter. igit. ꝯña tenet. qꝛ figura ſpherica de
bet corpori moto nāliter circulariter. añs pȝ: qꝛ ſuppoſito q appropinqua
re ad cētruȝ mundi ſit deſcēdere: ⁊ elōgari ab eo ſit aſcēdere. tunc ex illo ſe
quit: q alique ptes aliqn aſcendunt ⁊ aliqn deſcēdunt. Nā planeta q mo
uet in auge ſui eccētrici ad oppoſituȝ augis: appropinquat ad centrū mū
4 di: ⁊ ecōtra elōgat ab eodē. ¶ Quarto ſic: qꝛ ſi celuȝ eſſet ſphericuȝ: tunc
oēs eius ptes deberent eſſe ſpherice: tenet ꝯña: qꝛ in Homogeneis (cuiuſ
modi eſt celuȝ) eadē figura debet toti ⁊ parti: ſed ꝯñs ē falſum: qꝛ poſſet
5 capi talis ps in celo: q̄ eēt quadrāgularis figure: vel triāgularis. ¶ Quin
to ſic: qꝛ alique ptes celi: ſicut ſunt orbes eccētrici: ſunt in aliqua pte ſpiſſio
res: ⁊ in alia ſtrictiores: igit nō ſunt ſpherici. Deinde arguit de terra q nō
1 ſit ſpherica. ¶ Et primo p expientiā: qꝛ videmus terrā eē mōtuoſaȝ i plu
2 ribus ſuis ptibus: ḡ nō eſt pfecte ſpherica. ¶ Scdo: ſi ſic: ſequeret q ocu
lus exiſtēs in ſupficie terre nō deberet videre medietatē celi: ꝯñs eſt ꝫ aſtro
logos: ⁊ pȝ ꝯña: qꝛ cuȝ terra ſit in medio mundi: tunc linea ꝯtingēs ipſam
terrā ⁊ imaginata ꝓtrahi directe vſqȝ ad cōcauum celi ſecaret de celo arcū
minorē q̄ ſit medietas celi: ⁊ ſȝ talē arcū videret p̄ſſe oculus exiſtēs in ſu
3 perficie: quare nō videret medietatem celi. ¶ Tertio ſic: qꝛ ſi ſic: ſequeret
q oculus exiſtens in ſuperficie terre videret plus q̄ medietatē celi: ꝯñs eſt
contra aſtrologos: vt prius. Et pȝ ꝯña: qꝛ ſi terra imaginaretur diuidi in
duas partes

duas ptes per cētrum: ⁊ vna pars eſſet amota: tunc oculus exiſtēs in cen-
tro videret recte ⁊ preciſe medietatē celi: ⁊ cum talis oculus eſt nunc in ſu- 4
perficie eleuatus altior eſt ꝗ̄ in centro: ergo plus debet videre ꝗ̄ ante ⁊ ꝑ
conſequens debet videre plus ꝗ̄ medietatē. ¶ Quarto ſic. qꝛ ſi ſic: ſeque-
retur ꝙ dum ſol eſt in ortu ⁊ in occaſu: deberet nobis apparere diuiſus ſe-
cundū figuram circularem. Conſequēs eſt falſum ⁊ contra experientiaꝫ:
ſed patet cōſequentia: quia dum ſol eſt in ortu tunc aliqua pars ſolis a no-
bis videretur ⁊ alia non: ſed occultatur: ⁊ ille partes diuiduntur quan-
tum ad videri ⁊ non videri per terram: ergo ſi ſit ſpherica tunc ſol deberet
apparere arcualis figure. Deinde arguitur de terra ⁊ aqua ſimul. quia ſi 5
eſſent ſpherice: ſequeretur ꝙ terra deberet eſſe omnino cooperta aquis:
conſequens eſt contra experientiam: ⁊ patet conſequentia. Suppoſito ꝙ
terra ⁊ aqua tendant ad iddē centrū: cum impoſſibile ſit eē duo corpora
ſpherica habentia iddem cētrum: quin vnum circundet totaliter aliud: ⁊
ſic habetur propoſitum ꝙ aqua non eſt ſpherica. Ultra arguitur de om-
nibus elementis ſimul. quia elementa non ſibi determinant certas figu- 6
ras: ergo ⁊ cetera. Antecedens patet per Ariſto. ſecundo celi. ⁊ ex alio: qꝛ Phs.
alias elementa non eſſent in potentia ad omnes formas: cuius oppoſi-
tum dicit Ariſto. Secundo ſic. quia non omnes partes elementorum ha-
bent figuram ſphericam (vt docet experientia) ergo nec elementa: conſe-
quentia tenet. qꝛ in Homogeneis eadem figura debet parti ⁊ toti. Ulti- 7
mo ſic ſpecialiter de igne ⁊ aere. quia ignis magis ſpiſſus eſt ſub via ſolis ⁊
magis ſtrictus ſub polis. aer vero econtra. ergo ſequitur ꝙ non ſunt ſphe-
rici: antecedens patet ex diſpoſitionibus conuenientibus illis elementis.
¶ In oppoſitū arguitur per auctorē Sphere: in textu. Et per Ariſt. in Pho
ſecundo celi: ⁊ per Ptholomeum in principio Almageſti: cap. tertio. quā- Ptbol.
tum eſt de celo: ⁊ in quarto: quātum eſt de elementis. ¶ Ad iſtam qōneꝫ
Reſpondet Petrus de Aliaco Cardinalis. Et ſunt videndi tres articuli. Petrus
In primo videbitur de figura celi. In ſecundo de figura elementorꝫ. Et de aliaco
in tertio erunt dubia. Quantum ad primum ſciendum eſt ꝙ proprie lo-
quendo: orbiculare ⁊ ſphericum differunt: quia orbiculare debet eſſe
contentum duabus ſuperficiebus: ſcilicet concaua ⁊ conuexa: ſicut eſt ce-
lum. Sphericum vero debet eſſe contentum vnica ſuperficie: ſcilicet con-
uexa: quandoqꝫ tamen ponitur vnum pro alio: ſicut eſt in propoſito. Se-
cundo notandum eſt ꝙ celum eſſe ſphericum poteſt intelligi tribus mo-
dis. Primo quantum ad ſuperficiem conuexam ſupremi celi. Secundo
quantum ad ſuperficiem concauā vltimi celi. Tertio modo ꝗ̄tum ad ſup-
ficies tā cōuexas ꝗ̄ cōcauas ſpherarꝫ intermediarꝫ. Iſtis poſitis ponūtur
concluſiones. ¶ Prima eſt: ꝙ rationes Auctoris Sphere in textu non 1
cogunt: aut demōſtrāt celū eſſe ſphericū quantū ad ſupficiē cōuexā ſupre-
mi celi: ſi ponamus celū qeiceēs. Pꝫ qꝛ rō pncipalis Auctoris ſphere in tex- 2
tu ꝯſiſtit in hoc: ꝙ oporteret corpus eē ſine loco ⁊ locū ſine corpore: vtrūqꝫ
repugnat principijs phie. ⁊ ꝓbat ꝯñiaꝫ: qꝛ ſi celū eſſet alterius figure ꝗ̄
ſphærice: vt figure angularis: tunc cū moueret angulus: remaneret locus

vbi prius erat ſine corpore. Modo vbi celuȝ geſceret: illa nõ haberet locũ.
2 ¶ Secũda ↄcluſio eſt ꝙ ſi ponamus quodlibet celũ moueri ⁊ nullũ geſcẽs: ad huc rõ Auctoris nõ ꝓbat celũ quãtuȝ ad ſupficiẽ ſupremi celi cõuexaȝ: eſſe ſpherice figure. Pȝ ↄcluſio: qꝛ ſi celũ poneretᷓ oualis figure: adhuc poſſet ſaluari eius motus ſine hoc ꝙ remaneret locus ſine corpore aut corpus ſine loco: ponẽdo ꝙ moueretᷓ ſup axẽ q̃ eſt linea lõgiſſima in illo corpore ⁊ ꝙ coni eſſent poli illius figure: ⁊ ita eſſet ſi celũ poneretᷓ eſſe figure ↄpoſite ex duabus pyramidib⁹ rotundis.
3 ¶ Tertia ↄcluſio eſt ꝙ rõ Auctoris bene ꝓbat ⁊ demõſtrat celum nõ eſſe figure pluriũ anguloꝝ: vt triũ anguloꝝ vel quatuor: ⁊ hoc quãtũ ad ſupficiẽ cõuexam primi celi. ↄcluſio pȝ. qꝛ ſi eſſet triãgularis figure: tunc oporteret ꝙ vnus angulus ad minus moueretᷓ ⁊ tunc rõ habebit locũ.
4 ¶ Quarta cõcluſio eſt ꝙ rõ Auctoris ſpherẽ nõ demõſtrat celũ eſſe ſphericũ quãtuȝ ad ſupficiẽ cõcauã vltimi celi. ſ. ignee. Pȝ ↄcluſio: qꝛ dato ꝙ poneretᷓ eẽ angularis figure: cuȝ moueretᷓ aliquis conus tunc ignis qui ẽ fluxibilis ſubſequeretᷓ: ⁊ ſic nõ remaneret locus ſine corpore.
5 ¶ Quinta ↄcluſio eſt ꝙ rõ Auctoris bene demõſtrat celũ eſſe ſphericũ: quãtũ ad ſupficies tã cõcauas q̃ cõuexas: ſpheraꝝ intermediarũ. Pȝ cõcluſio: ſuppoſito ꝙ celuȝ nõ ſit frãgibile: fluxibile: augmẽtabile: nec diminuibile. Suppoſito ẽt ꝙ nõ poſſit eẽ penetratio dimẽſionum: nec vacuum. Tunc illis ſuppoſitis arguitᷓ ſic. Sphere intermedie mouentᷓ ſup alijs polis q̃ primuȝ mobile: mouentᷓ ẽt diuerſis motibus inter ſe. ſi ergo eſſent alterius figure q̃ ſpherice vt oualis: tunc oporteret celuȝ frãgi: augmẽtari: vel diminui: aut fieri vacuuȝ: vel penetratio dimẽſionuȝ.
6 ¶ Sexta ⁊ vltima ↄcluſio reſpõſalis ꝑ iſto articulo eſt: ꝙ veriſimilius ⁊ rõnabili⁹ eſt ponere celuȝ eſſe ſpherice figure: quãtum ad oẽs ſuas ſupficies: q̃ alteri⁹ figure. Tũ qꝛ priori corpori. ſ. celo debetᷓ prior figura inter alias figuras: que ẽ ſpherica: vt pȝ in geometria: ergo ⁊c. Tũ ſcõo qꝛ corpori ſimpliciori debetᷓ figura ſimpliciſſima rõabiliter: ſed celũ eſt corpus ſimpliciſſimum: vt pȝ Pᵒ celi: ⁊ figura ſpherica ẽ ſimpliciſſima: qđ pȝ: qꝛ ſimplicitas figure attenditᷓ penes cõtineri a paucioꝛib⁹ lineis: ſed figura ſpherica vnica linea ↄtinetᷓ: ergo ẽ ſimpliciſſima. Tum tertio qꝛ celo debetᷓ figura capaciſſima (cum habeat cõtinere oĩa) ſed figura ſpherica eſt capaciſſima inter oẽs figuras yſoperimetrales: vt dicit Archimenides in ſuo Tract. de yſoperimetralibus. Tum quarto: qꝛ cuȝ celuȝ regat ꝑ motũ oĩa. Primo celi. ſibi debetᷓ figura aptiſſima ad motuȝ: ſed figura ſpherica aptiſſima eſt ad motũ: ergo debetᷓ ipſi celo.

Archimenides


Yſoperimetrales.

¶ Ubi notandũ ꝙ figure yſoperimetrales dicuntur figure diuerſaꝝ ſpecieꝝ ex equalibus lineis cõſtãtẽ: verbi grã: ſi eſſet vnus triãgulus: ⁊ extẽderentᷓ tres eius linee in rectuȝ faciẽdo vnã lineã: ⁊ eẽt vnus circulus ⁊ extenderetᷓ linea ↄtinẽs ipſum: tunc ſi iſte linee ſint equales: circulus ⁊ triãgulus erunt figure yſoperimetrales. Et hec de primo articulo.
2 ¶ Quantuȝ ad ſcõm articuluȝ: vidẽdũ eſt de figuris elemẽtoꝝ. Pro quo erunt tria puncta. In primo videbitᷓ de figura terre. In ſecundo de figura aque. In tertio de figura ignis ⁊ aeris. Pro primo pũcto eſt aduertẽduȝ ꝙ ſphericuȝ loquẽdo ꝓprie dicitᷓ qđ in eius ſupficie exteriori

eſt ſine


eſt ſine quacunq; aſperitate: ⁊ a cuius puncto medio oẽs linee recte ad il
lã ſupficiẽ ducte: ſunt ſibi inuicẽ equales. Sed rotundũ dr̃ illud qđ ten
dit ad ſphericitatẽ: lʒ nõ ſit pfecte ſphericũ: vt pomũ dr̃ rotũduʒ nõ ſphe-
ricũ: qñq; tñ vnũ ſumit̃ ꝓ altero: ⁊ large: ⁊ ita capiunt̃ i ꝓpoſito. ¶ Iſto
notato ſit prima ꝯcluſio. Qđ terra rotũda eſt ab oriẽte in occidẽtẽ. Pʒ cõ 1
cluſio: q2 niſi ſic: ſeq̄ret̃ ꝙ oẽs ſtelle ſiue planete: ut ſol ⁊ luna: ⁊ ſic de alijs:
deberẽt eque cito oriri occidẽtalibus ſicut orientalibus. ꝯñs ẽ falſuʒ: ⁊ pʒ
ꝯſequẽtia: q2 ſi terra eſſet plana tunc eundẽ horizõtẽ haberẽt oriẽtales ⁊
occidentales: ergo eque cito ſicut ſol aſcẽderet ſupra horizõtẽ aliquoꝝ: ita ẽt
ſupra horizõteʒ alioꝝ: ⁊ p ꝯſequẽs eque cito oriret̃. Sed ꝓbat̃ falſitas cõ
ſequentis. q2 eclypſis ſolis aut lune: q̄ oriẽtalibus apparet in prima hora
noctis: apparet occidentalibus in ſcđa hora vel tertia: ⁊ tñ fit ſimul ⁊ ſe-
mel: ⁊ cũ nõ ſimul appareat oĩbus illis: hoc eſt ex eo ꝙ occidẽtales habẽt
noctẽ tardiorẽ q̃ʒ habeãt orientales. ¶ Scđa ꝯcluſio. Terra rotunda eſt 2
a meridie ad ſeptentrionẽ. Pʒ ꝯcluſio: q2 ambulãtes a ſeptẽtrione verſus
meridiẽ: aliã altitudinẽ poli ſup horizõtẽ repiunt quã prius hẽbãt: ⁊ nõ
eſſet: niſi terra eſſet rotunda. Scđo pʒ ꝯcluſio: q2 ambulãtibꝰ verſus me-
ridiẽ: incipiunt apparere alique ſtelle verſus polũ antarcticũ: q̄ nunq̃ eis
apparuerunt. Deſinunt ẽt alique apparere v̇ſus polũ arcticuʒ q̄ ſp prius
apparebant: ⁊ hoc eſt pp rotunditatem terre. ¶ Tertia ꝯcluſio. Terra ẽ 3
vbiq; rotunda. Pʒ q2 q2a grauia vbicũq; deſcẽdũt (dũ tñ nõ deſcẽdãt ſu 1
pra terrã mõtuoſam vel vallicoſaʒ.) deſcendunt p equales angulos: ⁊ hoc
nõ eſſet niſi terra eſſet ſpherica (large capiẽdo) ⁊ rotunda. ¶ Scđo pʒ cõ 2
cluſio q2 oẽs ptes terre tendunt ad idẽ centruʒ: imo oẽs q̃tum ad ſupfi-
ciem exterioreʒ equaliter diſtarent a centro niſi pp ſiccitateʒ: una detine-
ret aliã. Unde imaginãdum eſt ꝙ ſi terra eſſet fluxibilis: ſicut aqua: tũc ip
ſa vndiq; diſtaret equaliter a ſuo cẽtro: quantũ ad ſuperficiẽ exteriorem. 3
¶ Tertio pʒ cõcluſio: ꝙ ſi terra non eſſet rotunda imo plana. ſeq̄retur ꝙ
montes deberẽt videri a maiori diſtãtia q̃ʒ videantur. Cõſequẽs nõ ẽ di-
cendũ. ⁊ ꝯña pʒ. q2 non videtur: qđ impediat viſionẽ eorũ niſi rotunditas
terre. Uñ nõ põt dici ꝙ diſtãtia nimia impediat: q2 expiẽtia ẽ de duobus
hoĩbus: quoꝝ vnus eſt ad pedẽ alicuius turris: ⁊ alter ad cacumẽ: ille qui
eſt in cacumine turris videt aliquẽ montẽ ab aliqua diſtãtia: ⁊ alter qui ẽ
ad pedẽ turris non: ⁊ tñ ille qui eſt in cacumine turris plus diſtat a mõte
q̃ʒ ille q ẽ in pede turris: vt poſt ꝓbabitur. ¶ Quarto pʒ ꝯcluſio. q2 ecly- 4
pſis lune nobis apparet ſm figurã arcualẽ (vt docet expiẽtia) mõ hoc nõ
eẽt ſi terra nõ eſſet rotũda: qđ pʒ: q2 radii ſolares ꝯtingẽtes ipſam terrã di
uidũt in luna ptẽ eclypſatã a pte nõ eclypſata ergo ſignũ ẽ ꝙ tales contin
gunt terrã ſecundũ portionẽ circuli: cũ faciãt apparere figurã arcualẽ i lu
na: ⁊ per ꝯñs cõcluſio vera. Ex illa cõcluſione ſequũtur aliqua correlaria.
¶ Primũ ẽ ꝙ oẽs recte linee ꝓcedẽtes a ſupficie terre v̇ſus cẽtrũ: ꝯtinue Pm cor.
vadunt appropinquãdo ad inuicẽ: vt notũ eſt. ¶ Scđo ſequitur: ꝙ ſi eẽt 2m.
aliqs puteus factus ſm ꝑpẽdiculũ: oporteret ꝙ talis eẽt ſtrictior i fundo:
q̃ʒ ſupius. Pʒ q2 oẽs linee ipm circũdãtes ſi ſint ſcđm ꝑpẽdiculũ ꝯtinue

vadunt appropinquādo adinuicē: p correlarium p̄cedēs ⁊ p ꝯñs correla-
3 rium ꝟex. ¶ Tertio ſeqꝭ: φ ſi ſint due turres ꝭm ꝑpēdiculū facte: tūc ma-
gis diſtāt in cacumine q̄ȝ in pedibus ex p̄cedēte. Et vltra ex hoc iſerūt aliq̄
ꝓbabiliter φ ſi qs velit artificialiter cōponere turrim: oȝ facere eā magis
largā ſupius q̄ȝ inferius. pȝ correlariū: q2 in oī artificio bono: ptes ſupio-
res debēt habere inferiores directe inter ſe ⁊ cētruȝ: ḡ opȝ φ ꝭm ppendi-
culū fiāt: ⁊ p ꝯñs opȝ φ illud artificiū .i. turris ſit magis latū ſupius: q̄ȝ in
4 ferius. ¶ Quarto ſeqꝭ φ nō eſt poſſe eſſe aliquā rectā lineā eque diſtantē
ꝭm qōlibet ſui a cētro mundi: imo q̄libet talis eſt curua ⁊ admodū portio
nis circuli. pȝ hoc qa ſi eēt aliqua talis
recta linea: maxime eſſet illa que deſcri
bereꝭ ꝯtingēdo ſupficiē terre: ſȝ talis
ꝓpinquior eſt cētro in puncto medio q̄ȝ
5 in ptib⁹ extremalib⁹. ¶ Et ſeqꝭ vltra
φ nō eſt poſſe: φ aliqs ambulet ꝭm re-
ctam lineā: qn aſcendat vel deſcēdat:
pȝ q2 nō eſt poſſibile: qn talis ſp ap-
propinquet ad centrū vel elongeꝭ ab
6 eo. ¶ Ultra ſeqꝭ φ ambulās ꝭȝ rectā
lineā aſcēdit ꝓ vna pte ⁊ ꝓ alia deſcē
dit. pȝ de illo q ambularet ꝭm rectā li
neā ꝯtingentē terrā. ¶ Ultra ſeqꝭ φ
7 ambulās ſup ſupficiē terre: caput ei⁹



velocius moueꝭ q̄ȝ pedes. pȝ q2 tā pedes q̄ȝ caput deſcribūt quādā portio
nē circuli circa cētruȝ. Et certū ē φ caput maiorē portionē deſcribit: vt no
tuȝ ē. ḡ correlariū ꝟex. ¶ Ultra ſeqꝭ φ ſi qs hēat terrā: iuxta terrā vicini
8 ſui: ⁊ fodiat terrā ſuā: ſeruata eadē q̄titate: tūc facit iniuſtitiā ſuo vicino: ⁊
ſic pȝ de figura terre. ¶ Quātū ad ſcdm pūctū: videdū ē de figura aque:
pro quo nota primo φ de figura aque videndū eſt quo ad eius duas ſupfi
cies .ſ. ꝯcauā ⁊ ꝯuexā. Uñ q̄tum ad ꝯuexā ipa aqua ꝯtineꝭ a ꝯcauo aeris
ſed q̄tū ad ꝯcauā ipſa ꝯtinet terrā ꝓ maiori pte. Scdo ſupponiꝭ φ terra
nō eſt oīo aquis circūdata: imo ē diſcoopta ꝓ una pte ſui pp ſalutē aīan-
tiū: vt dicit Auctor ſphere. Tertio ſupponiꝭ φ hic itelligēdū eſt de totali
1 maſſa aque: ⁊ nō ſolū de aqua ptiali. ¶ Iſtis ſuppoſitis ponunꝭ ꝯclones.
prima eſt. Aqua quantū ad ſupficiē eius ꝯcauā: eſt figure ſphericę: ſeu tē
dētis ad ſphericitatē: ⁊ nō figure pfecte ſphericę. Pȝ ꝯcluſio: q2 terra quā
tuȝ ad eius ſupficiē ꝯuexā: ⁊ aqua q̄tū ad ſupficiē ꝯcauā ſunt oīo cōſimi-
lis figure: ſȝ terra ē rotūde figure: ḡ ⁊c. ꝯña ē nota: maior pȝ q2 ſupficies
ꝯcaua aque: ⁊ ſupficies ꝯuexa terre: ſe habēt tanq̄ȝ ꝯtinēs ⁊ ꝯtentū: ḡ opȝ
φ ſint ꝯſimilis figure. ꝯña pȝ: q2 alias oporteret φ iter eas eēt vacuuȝ: vel
φ vna penetraret aliā: qđ ē impoſſe. vt pȝ in .4. phyſi. minor patuit in pri
mo pūcto. ¶ Scda ꝯcluſio ē ⁊ reſpōſalis: φ aqua q̄tū ad ſupficiē ꝯuexaȝ
2 eſt rotūde figure. ¶ Primo pȝ q2 aer q̄tū ad ſupficiē ꝯcauā: eſt rotūde fi
gure: ḡ aqua q̄tū ad ꝯuexā eius. Cōſequētia tȝ illo mō ſicut probabaꝭ in
añte

aſite ꝯcluſionis ꝑcedētis.aſis pz.q2 partes aeris equaliter recedūt a cētro mundi:ſiue diſtāt:ergo ꝯſtituūt circa cētrū figurā rotundā q̄tū ad ꝯcauū aeris. ¶ Scḋo pz ꝯcluſio.q2 exiſtēs in altitudine mali alicuius nauis vi= 2
det aliq̄ ſigna in littore maris:q̄ nō videret ſi eēt in pede mali:ſed hoc nō ē
pp minorē diſtātiā:q2 talis plus diſtat dū eſt in altitudine mali q̄ ſi eēt in
pede:⁊ hoc eſt pp tumorē aque:⁊ iſtā rōnez facit Auctor ſphere. ¶ Ter= 3
tio pz ꝯcluſio illo mō quo ꝓbat̄ rotūditas terre:q2 nauigātibus in mari a
ſeptētrione ꝟſus meridiē:incipiūt alique ſtelle apparere ꝟſus polū antar
cticū:que nunq̄ eis prius apparuerunt. Deſinunt ēt alique apparere eis
ꝟſus iſtū polū q̄ ꝓus apparebāt:⁊ hoc ē ſignū ꝙ aqua ē rotūda. ¶ Quar 4
to pz ꝯcluſio ⁊ fortius:⁊ eſt rō quaſi demōſtratiua:⁊ ſupponit̄ ꝙ aq̄ non
impedita ſemꝑ fluit ad decliuiorē locum:pz per experientiā. Pz ēt ex par
te grauitatis ipſius aque: quo ſuppoſito arguit̄ ſic.q2 ſi aqua nō eſſet ro=
tunda:ſeq̄ret̄ ꝙ ipſa nō impedita non flueret ad decliuiorē locū. ꝯñs ē cōtra ſuppoſitionē factā imediate:⁊ pz ꝯña: q2 ponat̄ ꝑ aduerſariū ꝙ aqua ſit pla= na:⁊ ſit eius planities.a.b.c. ſit cētrū. d. ⁊ a cētro terre ꝓtrahant̄ tres linee ad tria pūcta.a.b.c.tunc certū eſt q̄ il= laꝝ triū lineaꝝ.b.d.ē breuior: q2 alias eſſet aliq̄ linea recta equediſtās ſcḋm ſe ⁊ q̄dlibet ſui a cētro mūdi: qḋ repro= batū eſt . in ꝓmo pūcto:⁊ ſic ſeq̄tur ꝙ pūctus.b.ꝓpinquior ē cētro mūdi: q̄ ſint puncta.a.c. ¶ Queritur ḡ vtruz partes alique circa.a. ⁊ circa .c. fluant




ad punctū.b.vel nō.ſi nō.ſequit̄ ꝙ aqua nō impedita nō fluit ad locuz de
cliuiorem.q2.b.eſt locus decliuior: ⁊ habet̄ ꝯſequens illatum. Si fluat ad
punctum.b.ſequit̄ tunc ꝙ tales partes reducunt aquā ad ſupficiē rotun
daz:⁊ nō remanēt in ſupficie plana.⁊ habet̄ ꝓpoſitū. Ex iſta ꝯcluſione in
ferunt̄ aliqua correlaria. ¶ Primū ē ꝙ ſi eēt aliqua ſupficies plana cuius 1
mediū eſſet centrū mundi:⁊ ſup eā effunderet̄ aqua: tunc talis aqua tēde
ret ad figurā dimidie ſphere:cuius cētrū eſt centrū mūdi. ¶ Scḋo ſeq̄t̄: 2
ꝙ ſi ſit aliqḋ ſtagnū planū:tunc neceſſe ē ꝙ in medio ſit ꝓfundior q̄ i extre
mitatib⁹. ¶ Tertio ſeq̄t̄:ꝙ idē vas plus ꝯtinet ḋ liquore i loco baſſo:q̄ al 3
to. Pz correl^m:q2 vas i loco baſſo ꝯtinet liquorē ſcḋz arcū q ē portio minoris
circuli q̄ in loco alto.ḡ ſeq̄t̄ ꝙ ꝯtinet in baſſo ſcḋm maiorē giboſitatē q̄ i lo
co alto. Uñ ad maiorē dclarationē iſti⁹ ſuppōit̄: ꝙ eq̄lis corda de duob⁹
circulis vno maiori ⁊ alio minori:arcū curuiorē reſecat de circulo minori
q̄ ḋ maiori.vt i figura: infra. Scḋo ſuppōit̄:ꝙ ſi repleat̄ aliqḋ vas meli⁹ q̄
poſſet ipleri ḋ aliq̄ liquore:tūc replet̄ ſcḋz q̄ndā arcū:q ē portio circuli imagi
nati ḋſcribi circa cētrū mūdi ꝯtingēdo latera vaſis:ꝟbi gr̄a i figura:infra.
Ex iſtis ſuppōib⁹ ſeq̄t̄ ꝙ q̄to vas ē baſſi⁹ tāto arc⁹ ſcḋz quē ꝯtinet ē curuior

Pꝫ qꝛ tāto circulus cuius ē portio ē minoꝛ ſecūdū primā ſuppoſitionē. er
3 go arcus ē curuioꝛ: ⁊ hec de ſecūdo. ¶ Quātū ad tertiū punctū: ſit hec pri
1 ma ꝯcluſio. Qḋ aer q̄tū ad eius ſuperficiē cōcauā ē rotūde figure. Pꝫ ex
dictis. qꝛ cōtinet ſuperficiē cōuexā aque ergo ē eiuſdē figure cū ea: q̄ iā ꝓ-
2 bata ē rotūda. ¶ Scḋa cōcluſio: ꝙ ignis quantū ad ſuperficiē conuexam
eius: eſt ſphérice figure: Pꝫ qꝛ cōtinetur a cōcauo orbis Lune. ergo ē eiuſ
dē figure: cū ꝯcauo orbis Lune: cū ſe habeāt tanq̄ ꝯtinēs ⁊ cōtētū: modo
cōcauū lune ē figure ſphérice. ꝗ. Sed de cōcauo ignis ⁊ ꝯuexo aeris: ſunt
duo modi dicēdi. Primus ponit ꝙ talia nō ſunt multū ſpherica: ſino oua
lis figure. ⁊ illud ꝓbaſ. qꝛ ignis ſub via ſolis ſpiſſioꝛ ē q̄ ſub polis: ⁊ econ
tra eſt de aere. ⁊ illud cōiter dr̄ in primo metheo. Sꝫ alij dicūt illud con
cauū ⁊ illud cōuexū: eſſe ſpherica: ⁊ hoc ꝓbāt ſic. qꝛ lꝫ plus genereſ ḋ igne
ſub via ſolis: q̄ ſub polis: pp calorē ſolis: ⁊ ēt plus genereſ de aere ſub po
lis q̄ alibi: pp nō tantū calorē: aer tñ cōtinue fluit de pte ſub polis ad viaꝫ
ſolis: ⁊ ēt ꝯtinue ignis ecōtra: ⁊ iō ꝯtinue remanent ſpherica: ⁊ ita imagi
nandū eſt de igne ⁊ aere quātū ad illas ſupficies ꝙ ſunt rotunda: ⁊ hec de
3 tertio puncto. ⁊ ꝑ ꝯñs de articulo ſcḋo. ¶ Quantū ad tertiū articulū. pᵒ.
dubitaſ. Utrū terra ſit in medio firmamēti: pro cuius rñſione aduertēdū
eſt ꝙ grauium corpoꝝ duplicia ſunt centra: quia quedam ſunt grauitatis
⁊ alia magnitudinis: Unde cētruꝫ magnitudinis alicuius corporis: ē ille
pūctus a quo oēs linee recte ad ſupficiē eius ducte: ſi fuerit ſphericū: ſunt
eq̄les. Sꝫ centrū grauitatis alicuius corporis ē ille pūctus exñs in medio
linee diuidētis illud corpus: in duas ptes eque graues. Ex illa diffinitio-
ne ſequunſ aliq̄ correlaria. ¶ Primū ꝙ aliqñ in eodē corpore nō ē idē cē
truꝫ magnitudinis ⁊ grauitatis: pꝫ vbi corpus ē difformiter graue in pti
bus ſuis. ¶ Scḋo ſeqtur ꝙ in aliquo corpe eſt idē cētrū magnitudinis ⁊
3 grauitatis. pꝫ de corpore vniformiter graui. ¶ Tertio ſeqꝫ ꝙ aliqḋ corpꝰ
graue hꝫ centrū ſue magnitudinis extra ſe. pꝫ de corpore qḋ ē: minoꝛ por-
tio circuli. pꝫ ēt de ſpeculo cōcauo: qꝛ cētrū magnitudinis eius eſt illḋ pū
ctuꝫ vbi ꝯcurrūt radij ſolares refleri ⁊ ibi inflāmanſ. Scḋo notandū ē ꝙ
q̄tuoꝛ modis pōt intelligi terrā eē in medio mūdi. Primo quātū ad cētrū
1 ſue magnitudinis. ſ. ꝙ cētrū magnitudinis eius ſit in medio mūdi. Scḋo
mō quātū ad centrū grauitatis. Tertio mō ꝙ ipſa ſit ps aggregati cuius
aggregati centrū ſit in medio mūdi. Quarto mō qꝛ ipa circūdeſ firmamē
1 to. ¶ Iſtis notatis ſit pͥma ꝯcluſio. Qḋ i terra nō ē idē cētrū magnitudi
2 nis ⁊ cētrū grauitatis. pꝫ qꝛ terra ē difformiter grauis. ergo ⁊c. ¶ Scḋa
ꝯcluſio. Centrū grauitatis terre nō eſt in medio firmamēti. pꝫ. qꝛ ſi terra
imagineſ diuidi in duas ptes eque graues: tūc illa ps q̄ eſt aqs cooperta
vna cū aqua circūdante: pellit aliā partē quouſqꝫ centrū ſit centrū mundi.
3 ¶ Tertia ꝯcluſio eſt ꝙ nō eſt idē centrū magnitudinis terre ⁊ firmamen
ti. pꝫ qꝛ tūc terra eſſet oīo aqs coopta. Ex quo pꝫ ꝙ in ipſa terra: opꝫ ima
ginari tria centra realiter diſtincta. Primū eſt cētrū magnitudinis ipſius
terre. Scḋm eſt centrū grauitatis eiuſdē. Tertiū eſt mediū firmamenti.
Ex quo ſeqtur correlarie: ꝙ terra nō eſt in medio firmamēti nec primo mo

do: nec

do:nec ſecūdo:pꝫ qꝛ nec quo ad centrū grauitatis:nec quo ad centrū ma=
gnitudinis. ℭ Quarta ꝯcluſio eſt:ꝙ centrū grauitatis aggregati ex aqua 4
⁊ terra ē in medio firmamēti.pꝫ qꝛ tale aggregatum ē corpus graue ⁊ nō
impeditū:ℊ mouet quouſqꝫ centrū grauitatis eius ſit cētrū mūdi . qꝛ illō
eſt de nā grauis. Seqꝛ correlarie:ꝙ totale aggregatū ex terra ⁊ aqua ē in
medio firmamēti:qꝛ centrū grauitatis ſue ē in medio. ℭ Scdo ſeqꝛ ꝙ ter
ra pōt dici in medio firmamēti tertio modo.pꝫ qꝛ eſt ps vnius aggregati
qđ eſt in medio mūdi: ℊ eſt in medio firmamēti:tertio modo. ⁊ ita īferret
etiā de aqua. ℭ Ultima ꝯcluſio. Terra ē in medio mūdi quarto modo:⁊ 5
etiā aqua.qꝛ circūdant firmamēto. Scdm dubiū eēt. Utrū terra ſe hēat 2
tanqꝫ pūctus reſpectu firmamēti. Tertiū dubiū eſſet. Utrū terra ſit nāli= 3
ter collocata in medio firmamēti. Quartū dubiū eſſet. Utrū oculus vbi= 4
cūqꝫ exiſtat ſupra terrā videat medietatē celi . Quoꝝ dubioꝝ ſolutiones:
vide in qōnibus Petri de aliaco ſup ſpherā.q.4 .quas ꝑꝑ plixitatē dimit
to. ℭ Ad rōes ad oppoſitū.ad primā:dr ꝙ ꝯña nō valet qꝛ ſphericū capit
hic large:ꝓut ſe extēdit ad orbiculare. Ad ſcdam negat minor: ⁊ ad ꝓba
tionē dr ꝙ veꝝ eſt ꝙ eſt minima quo ad ꝯtineri:ſꝫ eſt maxima quantuꝫ ad
cōtinere. Ad tertiā negat añs:ad ꝓbationē dr:ꝙ verū eſt.ſed ex hoc nō ſe
quitur ꝙ aſcēdat ⁊ deſcendat:qꝛ appropinquare ad centrū mundi nō dr
deſcēdere:niſi ī ſphera gñabiliū ⁊ corruptibiliū. Ad quartā ꝯcedit ꝙ oēs
partes celi q̄ ſunt ſimul cōtinuate:⁊ ab alijs ꝑtibus diſcōtinuate ſūt ſphe=
rice figure. Ad qntā ꝯcedit:cū hoc tñ ſtat ꝙ ille ſunt ſpherice. qꝛ quacūqꝫ
ſupficie data infra eā pōt aſſignari pūctus:a quo oēs linee recte ducte ad
eā:ſunt eq̄les. Ad ſextā veꝝ eſt.nec dictū eſt ꝙ ſit pfecte ſpherica : ſꝫ nō eſt
notabilis variatio. Ad ſeptimā dr ꝙ veꝝ eſt:nec ē cōtra Auctorē ſphere.
qꝛ Auctor intēdit ꝙ videret modicū minꝰ. Ad octauā dī ꝙ ꝯña nō valet.
Uñ rō ſolū ꝓbat ꝙ oculus exñs in ſupficie terre ⁊c.ſꝫ oculus ꝑt tm̄ eleua
ri ꝙ videret pluſqꝫ medietatē celi. Ad aliā codē mō dr. Ad nonā ꝯceditur
ſm aliquos: ſꝫ ꝑꝑ nimiā diſtātiam nos nō hn̄ iudicamus de illo actu. Ad
alias de terra:⁊ aqua:ſimul dr ad primā ꝙ ꝯña nō valet: qꝛ hn̄ dictū eſt ꝙ
centrū terre nō ē in medio mūdi. Ad aliā negat añs:ad ꝓbōnē ꝑ phm ī li.
de celo.dī:ꝙ phs voluit ꝙ elemēta q̄tū ē ex ꝑte formaꝝ ſuaꝝ ſbaliū:nō de
termināt ſibi certas figuras:ſꝫ ex ꝑte ſuoꝝ locoꝝ nāliū ſibi determināt.
Ad aliā negat añs:⁊ cā eſt:qꝛ lꝫ plus ibidē generet de igne : ꝯtinue tamē
fluit ad alias partes:vt dictum eſt prius.



¶ De celo decimo ſiue de primo mobili: realis declaratio. Cap. 6.

C Elū decimū eſt p^m olūꝫ corpoꝝ mobile. motu. ſ. diurno ab oriēte verſus occidentē: iteꝝ redeūdo in orientē in. 24. horis: ſine faſtigatione ⁊ pena regulariter. i. nō velocius vno tpe q̄ꝫ in alio. Et illo motu ſecū rapit oēs ſpheras inferiores: fitqꝫ talis motus ſuper polos mundi. Nulleqꝫ in eo ſunt ſtelle: attamen in ipſo ſicut ⁊ in nono: characteres ⁊ lineationes: nō niſi a viſu acutiſſimo: certis locis ⁊ tpibus ꝑceptibiles: eſſe ſupſtitioſi quidā cōtendunt. Quibus nōnulli noīe ſapientes: ⁊ mentecapti: imagines quaſdā ſub certis ꝯſtellationibus ſignant: quas ēt effectus mirabiles ſequi affirmāt: quos diabolica machinatione nōnunq̄ꝫ ſequuta exꝑientia docuit: quoꝝ fraudē dū nō aduertunt: ſed ipſos ⁊ alios miſere fallūt (q2 falluntur). Et tandē ad caliginoſi ignis incendiū ⁊ pniciē eternā ducūt. Ex p̄dictis characteribus: quidā ſigna duodecim in zodiaco conſtituunt: que eiſdē noībus: quibus ⁊ ea que in octaua ſphera ſunt: nominantur: vt clarius infra patebit.

¶ Celi decimi Moralitas. Cap. 7.

P Er celū decimū qđ eſt primū mobile: deſignatur Prelatus. Qm ſicut primū mobile q̄ſi violēter ſecū rapit inferiores orbes (lꝫ habeant cōtrarios motus naturaliter) oiaqꝫ iferiora p ſuā influētiam gubernantur. Sic vere dꝫ facere p̄latus: q2 oēs ſubditos ſuos qñ inuenit eos hr̄e ꝓprios motus: ⁊ ꝓprias volūtates: dꝫ ꝯpellere p violentiā correctiōis ſeq motū ſuū: ⁊ vt ſint boni ipſos rape: ⁊ p bonā influētiā ipſos ꝓuide dꝫ gubernare ⁊ ſue iuriſdictioni ⁊ motui: p rigorē iuſtitie ſubiugare. Sicut ēt celum decimū hꝫ vniformitatē ⁊ ordinatiſſimū motū. Sic prelatus dꝫ hr̄e motū voluntatis ordinatiſſimū ⁊ matuꝝ: vt ſe ⁊ alios valeat re-
Paul. gulare iuxta illud. 1. Cor. 14. Oia honeſte ⁊ ſm ordinē fiant in vobis. ¶ Vel dic ꝙ celū eſt vir iuſtus q inferiores potētias cōpellit obedire rōi. Celū mouetur velociſſime: ⁊ iō ne motus eius velocitas mundi machinaꝫ diſſiparet: voluit eū nā. i. deus: motu proprio contrario inferioꝝ moderari. cōtrarius. n. eſt motus inferioris: motui primi mobilis. Sic ſunt multi qui more primi mobilis mouentur velociſſime. ſ. ad vindictā ⁊ iuſtitie executionē: cū inueniunt aliquē delinquentem: non cōſiderantes fragilitatem pctōꝝ: ⁊ ideo ad refrenandum impetū ⁊ motum ſui rigoris dat eis natura ideſt deus: celos inferiores. i. ſubditos qui habēt motus cōtrarios. i. qui eis cōtrariantur per rixas ⁊ appellationes: ⁊ inuento obice ſua iracundia tēperatur. ¶ Vel dic ꝙ motus ꝯtrarij celoꝝ inferioꝝ: ſignificant motus tentationis carnis qui ſunt contrarij rationi: q2 qñ quis eſt nimis auſterus: deus permittit eum tentari: vt humilietur. Exemplum patet de beato Petro. ¶ Vel dic ꝙ qdaꝫ ſunt quoꝝ motus ⁊ iracundia non poteſt refrenari: niſi per contrarios motus verborum ⁊ punctionem: ⁊ ideo vtile eſt vt inueniant celos contrarios: ideſt perſonas reſpondentes ſibi: que contraria ſibi reſpondeant: vt quieſcant: ⁊ ſua iracundia moderetur ſecun-
Prouer. dum illud Prouerbiorum. 16. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.

¶ Decimi

¶ Decimi Celi Moralitas ſecunda. Cap. 8.

Job. ſꝫ ſit i nobis claritudo. Job. 27. Spūs dn̄i ornauit celos. Dꝫ ğ hr̄e celū.i.
vir iuſtus vel plat⁹: honeſtiſſimā claritatē. Vidi. fideliſſimā volūtatē. Ce
los. Stabiliſſimā firmitatē. ſunt. Cōtinuā largitatē. apti. Et hec de viro
iuſto vel de anima.

❡ An celum ſit ſimplex. Cap. 5.

1 Ueritur Utrum celum ſit ſubſtantia ſimplex. Rn̄. ad hoc ſunt
q ſex cōcluſiones declarāde. ❡ Prima concluſio eſt. Qđ celū non
eſt ſpūalis ſubſtātia. Probo primo. q2 nullū quātū eſt ſpūs: celū
eſt quantū: pꝫ ad ſenſum: ergo nō eſt ſpūs. maior pꝫ: q2 quātitas molis nō
cōpetit ſpūi. Preterea nullū viſibile ſenſu corporali eſt ſpūs: ſed celū ē viſi
2 bile: ğ celū nō ē ſpūs. ❡ Scđa ɔclo ē. Celū nō ē nāe elemētaris: nec mix
te ex elemētis. pbō. q2 oē tale ē gn̄abile ⁊ corruptibile: ſꝫ celū nō ē hmōi ğ
⁊c. maior pꝫ: q2 vnū elemētū aliud corrūpit: ⁊ unū mixtū corrūpit ēt aliud.
minor ⁊ tota rō ē phi. p°. Celi ⁊ mūdi. Prete. cui nō ɔpetit motus elemen
talis: vel mixti p ſe: nō ē elemētū nec mixtū: celū ē hmōi. ğ non ē elementū
Phs nec mixtū. maior pꝫ. p°. celi ⁊ mūdi: ⁊ tota rō. motus.n. ſeqt nāꝫ elemēti
vel mixti poſiti i actu. minor eſt phi ibidē. oē elemētū vel mouet ſurſū vel
deorſum p ſe (quāuis ignis motu raptus primi mobilis: moueat circula-
riter) Celū aūt nō mouet ſurſum nec deorſuꝫ. ❡ Tertia ɔcluſio ē. Qđ ce
3 Phs lum ꝺm mentē phi ⁊ Comēta. nō eſt cōpoſitū ex mā ⁊ forma. Probo. 8.
Meta. phs dicit ꝙ nō eſt neceſſe ꝙ qui hꝫ mām ad vbi: habeat materiam
tranſmutabilē. vbi Commen. cōmento. 4. Corpus celeſte non eſt compoſi
tum ex materia que eſt in potentia: ⁊ ex forma que eſt actus. Itē primo ce
li ⁊ mundi. comē. 1. dicit: ꝙ corpus tale nō eſt compoſitum ex mā ⁊ forma
ſed eſt ſimplex. Et infra. Corpus celeſte caret potētia dio. Iteꝫ De ſubſtā
tia orbis. Corp⁹ celeſte eſt ſimplex non cōpoſitum ex ſui mā ⁊ forma. Rō
autē phi ⁊ Commen. videtur eſſe: q2 omne habens materiam eſt generabile
⁊ corruptibile. 7. Metha. Materia eſt per quam res pōt eſſe ⁊ nō eſſe: ſed
corpus celeſte non eſt generabile ⁊ corruptibile: ergo non habet materiā:
⁊ iſtā rōnē Commen. dicit eſſe potiſſimam primo celi ⁊ mundi. Comen. 1.
4 ❡ Quarta cōcluſio eſt ꝙ ꝺm phos. Celum nō eſt ſubſtantia animata. ꝙ
pꝫ per Comen. 2. celi ⁊ mun. comen. 95. Dicamus ꝙ illa natura non eſt
exiſtens in actu per formam. i. abſtractā: ⁊ multa alia ibi de hoc dicit: quia

ſi haberet

ſi baberet aiam vel intellectum in materia: tunc eſſet compoſita ex materia
⁊ forma: qđ negat. Et iđ ſm Sco. in. 2. di. 14. q. i. Ubicūq3 inuenitur q̄ Sco.
ph̄s vocat aiam celi: exponat̄ quantū ad ꝯditionē: qua aia eſt motrix: nō
qua eſt forma: ⁊ illa aia eſt intelligentia propria motiua huius orbis: con-
iuncta huic vt motrix ꝓpria: talis nō eſt niſi vnica vnius. ¶ Quinta ꝯclu 5
cluſio q̄ ſeqtur ex premiſſis: Qđ ſubſtātia celi: ſm ph̄os: non potuit fuiſſe
materia nec forma: nec cōpoſitum ex eis: ſed quedā actualis ſubſtātia ſim
plex. Qđ pꝫ: q2 mā ꝓprie eſt id qđ eſt in potentia ad formā: ⁊ forma eſt id
qđ actuat māꝫ: ⁊ ꝯpoſitū id qđ reſultat ex vtroq3: quoꝝ nullū poſuerūt eē
celum. ¶ Sexta ꝯcluſio: Quid tenēdū eſt ſm theologos. Naꝫ Sco. vbi 6
ſupra ait. Qđ in celo ponēda eſt mā. q2 illud chaos qđ ponit̄ a theologis Sco.
attigiſſe vſq3 ad celū empireū erat mā oīuꝫ corꝑaliū ꝯtentoꝝ a celo empi-
reo: ⁊ ēt ponet̄ mā ſm ſe ⁊ quantū ē ex ſe eiuſdē rōis in quocūq3: ⁊ ita ha-
bent theologi diſcordare a ph̄o in hac ꝓpoſitione. Celū eſt neceſſariū ⁊ in
corruptibile. Quātū. n. eſt ex ſe ⁊ ex natura ſua eſſet ſimpliciter corruptibi
bile: q2 ſibi ineſſet illa potētia ad contrariū: q2 tñ forma celi nō hꝫ ꝯtrariū
potens vincere ſeipſā: iđ nō pōt corrūpi ab agente nāli: a quo recipiat aliā
formā: vel ēt corrūpi in ignē vel aquā. ¶ Sic ḡ teneo ꝑmo q̄ i celo ē vera
materia. ꝓbatio. Illud eſt tenendū theologice: qđ tenēt ſcti exponēdo tex
tum ſacre ſcripture: ſed hoc eſt in ꝓpoſito: ḡ in celo eſt mā. probatio mino
ris. primo. Grego. 32. pri. Mora. dicit: exponendo illud Eccle. Qui viuit Grego.
in eternum: creauit oia ſimul. Rex ſubſtantia ſimul eſt creata: ſed ſimul ꝑ
ſpēs formata non eſt: ⁊ qđ ſimul extitit per ſubſtantiam materie: nō ſimul
apparuit per ſpēm forme: ⁊ infra. Sol qppe luna ⁊ ſydera: quarta die in
celo facta ꝑhibent̄: ſed qđ quarta ꝓceſſit in ſpēm. pa. die extitit ſubſtantia
per ꝯditionē. Itē Aug. libro ꝯfeſſ. Cū alia ſint celi ⁊ terre materie: alius Aug.
celi ⁊ terre ſpūs: vtrūq3 de informi materia ſimul feciſti. Loquitur ad deū. Beda
Itē Beda ⁊ Magiſter in. 2. ſen. di. 14. expreſſe dicunt de illa informi ma Magr̄
teria primo die: creata fuiſſe diſtincta opera ſex diex. Itē Hugo de ſacra- Hugo
mentis lib. 1. parte. 1. cap. 6. Simul creata eſt rex oium corporaliuꝫ ⁊ vi
ſibiliū materia: ⁊ iuiſibiliū ē entia: in angelica natura. vnde dr̄. Qui viuit
in eternum: creauit oia ſimul. Unde dicit. 8. cap. Per celū ⁊ terraꝫ: natu
ram oium illā celeſtiū terreſtriumq3 ſignificari puto. de qua poſtea ſucce-
denter: formata ſunt que in ipſa primo ꝑ eſſentiā creata fuerūt: ⁊ addit q̄
in illo cōfuſo chaos: ſiue celeſtiū ſiue terreſtriū oia continebantur.

LIBER QVINTVS, DE COELO OCTAVO VEL STELLATO.

¶ Celi octaui realis deſcriptio. Cap. I.

CElū octauū: qđ ⁊ firmamētū dr̄: ſtellis innumerabilibus ē
ornatū: que fixe appellant̄: qm̄ oi tempore equaliter a ſe-
ipſis diſtāt: nec proprium motum habent diſtinctū a mo
tu ſui celi. Mouetur autem hoc celum motu triplici. quo
rum primus eſt ab oriente in occidentē: ad motuꝫ primi

mobilis ſup polis mūdi: ⁊ ꝯplet in ſpacio diei naturalis .ſ. in. 24. horis.
Scd's eſt huic ꝯtrarius ab occidēte. ſ. in ortū: ſm ſucceſſionē ſignoꝝ ad
motū none ſphere i. cc. annis gradu. 1. ⁊ minutis. 28. fere: ⁊ ſic i. 49000
annis totus pficit: ⁊ motus augiū ⁊ ſtellaꝝ fixaꝝ dr: quo ſtelle q̄ ſunt in
firmamento variāt de ſigno in ſignū reſpectu zodiaci primi mobilis (licet
Sco. in. 4. di. 43. q. 3. aliter ſentiāt.) Unde pleyades ſtelle fixe: q̄ iux-
ta figurationē: ſunt in capite Tauri in firmamēto. i. celo ſtellato: reſpectu
zodiaci ſupioris: ſunt in gradu. 22. Tauri: ⁊ ſic de alijs. Tertius motus
dictus trepidationis quo octaua ſphera mouet ſup duobus circulis par-
uis: quoꝝ poli ſunt capita Arietis ⁊ Libre none ſphere: ⁊ ſemidyameter
illoꝝ circuloꝝ ē: gradus. 4. minu. 18. ⁊ ſcdā. 43. ⁊ ille motus acceſſus
⁊ receſſus noiat: in ſeptē quoqꝫ millibus annis cōplet: ⁊ hic motus ſolus
eſt ꝓprius octaue ſphere: qꝛ vnius corporis nālis tm̄ eſt vnus motus ſm
naturā: rōe cuius ſtelle fixe nō ſemp equediſtāt a polis imobilibus prime
ſphere. Sic nec eclyptica firmamēti ſemp eſt ſub eclyptica imobili: immo
frequēter eſt extra eā: nec ſtelle fixe ſemp in tpibus equalibus eque diſtāt
a capitibus Arietis ⁊ Libre eiuſdē primi mobilis: ſed videnť moueri nūc
verſus orientē: nūc verſus occidentē: nūc tardius: nūc velocius: Ptholo-
meus nāqꝫ repit motas: in centū annis: vno gradu. Alij ſequaces ⁊ poſte
riores inuenerūt in. 66. annis: motas vno gradu. Hec aūt oia demōſtra
tiue patēt ⁊ ſenſibiliter in corpore ſpherico ꝓ motu octaue ſphere ordina-
to: ⁊ p ſepe fabricato. Ois aūt motus ꝯueniēs alicui pter naturā (vt mo-
tus primus ⁊ ſcd's octaue ſphere) ꝯuenit alteri ſm nām: ⁊ nō inferiori: qꝛ
illa. ſ. inferiora nō influunt in ſupiora: igit ꝯuenit ſupiori. Sic fit vt mot⁹
ſcd's qui octaue ſphere eſt pter nām: ſit none ſm naturā: ⁊ motus primus
qui octaue ⁊ none ſpheris eſt preter naturā: decime ſiue primo mobili ſit
ſecundum naturam. Hec autem omnia: ſupra aliqualiter videre potes.

¶ Celi octaui Moralitas. Cap. 2.

Firmamentū aūt ſm phōs: eſt primum celum ⁊ vltimū: in cuius
cōuexitate ſita ſunt corpora ſyderū ⁊ ſtellaꝝ. (Dicta autē ſupra
ſunt ſm moderniores ⁊ ſm veritatē.) Nā phi nō poſuerūt niſi
Baſili⁹. vnū celum: imo vt dicit Baſilius in Hexameron: ꝑus philoſophi linguas
corroderent q̄ plures celos eē cōſentirent. Illud aūt celū. ſ. firmamentum
Ariſt. ſic deſcribit Ariſt. in li. de cauſis elementoꝝ. Celū ingt eſt quintū elemen
tum: ab elementis inferioribus diſcretū naturali ꝓprietate ac diſtinctum:
neqꝫ graue: neqꝫ leue ⁊c. qꝛ tunc aſcēderet vel deſcēderet: nec patit corru-
ptionē: nec gnātionē: inquietū eſt ⁊ mobile: ⁊ ſemp mouetur circa polum
immobilem: ipſumqꝫ dyametraliter inceſſanter circuit. Talis eſt p ola vir
perfectus vel religioſus: qui eſt vel eſſe dꝫ ab alijs ſeparatus ⁊ diſtinctus
Actuū. pp ſui ſtatus eminentiā ⁊ vite ſanctitatē. Actu. 13. Separate mihi Bar-
nabā ⁊ Saulū. Iſte nō dꝫ eſſe leuis p inſolentiā: qꝛ tunc aſcēderet p ſup-
biā: nec grauis. i. inclinatus ad terrena: qꝛ tunc deſcēderet p auaritiā: nec
patit corruptionē luxurie vel pcti. Iugiter mouetur per boni operis dili-
gentiam: circa polum arcticū. i. circa xpm: qui eſt imobilis ⁊ imutabilis qꝛ
deus.

deus. Itē mouet̄ inceſſanter ꝑ affectionē ⁊ amicitiā: ⁊ circa ipm̄ diſcurrit: per boni operis cōplementū: nec ab eo aliqualiter ſe elōgat ꝑ pctm̄: iō ſibi dicit de⁹. 2. Eſdre. 4. Propinquus mihi ſedebis ⁊ amicus meus vocabe-ris. Eſdre ¶ Uel ꝑ polū potes itelligere quēlibet ſanctū: quē debemus circuire per deuotionē ⁊ imitationē. Scōm ēt Ariſt. de celo ⁊ mūdo. Celū ē vnū: Ariſt. nec erunt nec fuerūt multi celi: ⁊ eſt locus alioꝝ oīum: vn̄ ibi eſt vita fixa ⁊ ſempiterna: que nec deſinit nec finit̄: ⁊ ē motus eius circularis ⁊ ꝯtinuus circa polū: cuius motor eſt ſpiritus qui mouet illud ſua bonitate: ⁊ dr̄ fir mamentū qr eſt ſolidū ⁊ imutabile ſeu firmū. ¶ Talis eſt eccleſia: q̄ ē vna nō plures: qr Canti. 6. Una eſt colūba mea. nec fuerūt nec erunt plures: Canti. ſed vna ſola: que locus eſt oīum ſaluandoꝝ: qr extra ipſam nō eſt ſalus: ſed ibi eſt vita fixa. ſ. gratie ⁊ glorie: q̄ nec deſinit nec finitur: qr vita eſt eterna. Nec eccleſia mouet̄ cōtinue. ſ. de ꝓſperitate in aduerſitatē: de pluralita-te in paucitatē: ⁊ ecōtrario: nūq̄ tn̄ cadit penitus ꝑ hereſim: nec a polo ar ctico. i. a xp̄o per infidelitatē penitus elongat̄: iuxta illud qđ Chr̄s dixit Petro. Luc. 22. Ego autē rogaui pro te Petre: vt nō deficiat fides tua: Luc. ⁊ iō firmamētū. i. firma ⁊ ſtabilis nuncupat̄: in qua ſol ⁊ luna. i. xp̄s ⁊ btā virgo ⁊ ſtelle fixe. i. ſcti habitant ⁊ morant̄. Abacuch. 3. Sol ⁊ luna ſtete-runt in habitaculo ſuo. Oīa q̄ ſunt ſub firmamēto mouent̄ ſm̄ motū eius ſ. planete ⁊ orbes: ⁊ ēt ignis aer ⁊ aqua: lȝ diuerſimode: motui firmamēti obediūt: ipſumq̄ȝ die ac nocte ſequunt̄ ab oriēte in occidētē: ⁊ ſm̄ ꝙ orbis inferior eſt purior ⁊ ſibi ꝓximior: tāto motui firmamēti ordinatius ſe con format. ſm̄ Rabanū. Sic vere firmamēto. i. deo vel p̄lato: debēt oēs iñfe-riores. i. oēs ſubditi obedire: ⁊ ſm̄ motū volūtatis ſue: ſe regere ⁊ mouere: Raba. ⁊ motū ꝓpriū. i. voluntatē ꝓpriā motui firmamēti. i. voluntati dei vel p̄la ti ſubijcere: ⁊ poſt ipm̄ per obediētiā currere. Ezech. 1. Quocūq̄ȝ ibat ſpi-ritus: illuc eunte ſpū: ⁊ rote leuabant̄ pariter ſequētes eū. Et q̄to quis ē Ezech. prior: tm̄ dȝ ſe ꝯformare ſm̄ voluntatē dei vel p̄lati ſui. Eccle. 3. q̄to maior Eccle. es: hūilia te in oībus. ¶ Quāto aliqđ corpus magis appropinq̄t celo ma gis eſt mobile: ⁊ ecōuerſo: q̄to remotius: tāto minus ſe ſuo motui confor mat. pȝ qr ignis eſt mobilior q̄ aer: ⁊ aer q̄ aqua: terra aūt ꝓp nimiā elon-gationē a firmamēto imobilis eſt ⁊ fixa. Sic vere q̄to qs eſt ꝓpinqor celo i. deo per gr̄aȝ: ⁊ virtutes: tāto mouet̄ ordinatius ꝑ obedientiā: ⁊ ecōtra-rio: q̄to qs plus a deo remouet̄ ꝑ pctm̄: tāto minus obedit eius volūtati: ⁊ minus mouet̄ per bona opa. Et iō multi ſūt hoīes ſic̄ terra. i. fixi ⁊ imo biles ꝑ ocioſitatē pigritie. ps. Fūdaſti terrā ſup ſtabilitatē ſuam. ¶ Uel Ps dic ꝙ quāto qs eſt ꝓpinqor deo ꝑ gradum eccleſiaſtice dignitatis: tāto dȝ eū melius ſeq̄: obediēdo: imitādo ⁊ obtēperādo. ¶ Uel dic ꝙ quāto qs ē alicui ꝓpinqor ꝑ ꝯſanguinitatē ⁊ affinitatē: tanto dȝ ei melius obedire: vt melius fili⁹: q̄ nepos ⁊c. ¶ Uel expone de bona ſocietate: qr q̄to qs vici nior alicui efficit̄: tāto ei in virtutibus dȝ eſſe ſimilis ⁊ ꝯformis. Math. 8. Math. Sequar te quocūq̄ȝ ieris. Et ſm̄ Ariſt. li. de celo ⁊ mundo. Celum ē ita Ariſt. perfectum ꝙ non habet contrarium aliquod in natura: ⁊ ideo eſt incorru ptibile: qr nihil corrumpit̄ niſi a ſuo contrario. Sic vere quidam ſunt ita

perfecti: ita mites: ita benigni: ꝙ nullū habent ꝯtrariū: vel inimicū: ⁊ ideo
ſunt incorruptibilis nāe: qꝛ nō corrumpunt̄ per peccī: qꝛ. ſ. deus tales pre
Prouer. ſeruat. Prouer. 28. Qui ambulat ſimpliciter ſaluus erit. Et lȝ celum non
corrumpat̄ nec generet̄: eſt tn̄ principiū gn̄ationis ⁊ corruptionis pp ra=
Ariſt. dios quos mittit ad terrā: vt dicit Ariſt. vbi ſupra. Sic ſunt multi q in ſe
ſunt boni: ita ꝙ per luxuriā nō gn̄ant̄ nec corrūpunt̄: tn̄ habēt ita malos
radios. i. mala exēpla: ꝙ ī aliquos generāt ⁊ cāūt gn̄onē luxurie: ⁊ pcī cor
Eccle. ruptionē iuxͣ illud Eccī. Radijs ſuis excecat oculos. Itē celū lȝ ſit vniſor
me in ſe: ⁊ de ſe: hȝ tn̄ plures orbes ⁊ circulos pp neceſſitatē mortaliū: vt ſic
Ariſt. quolibet anno diuerſimode moueat̄: qꝛ ſm Ariſt. li. de cauſis elemētoꝝ.
Si ſemꝑ vniformiter moueret̄: tantū frigus vel tantū calorem cauſaret: ꝙ
alimentū mortalibus periret. Celū eſt deus: qui hȝ quantū ad occultam
ꝓuidentiā ſuā: multos circulos. i. plures modos ſm ꝙ ſe mouet ⁊ ſe hȝ er
ga hoies: ⁊ iō aliqn̄ frigus aduerſitatis: aliqn̄ eſtū proſperitatis cauſat: qꝛ
alias alimentū grē ⁊ virtutis penitus deperiret. Iō nō eſt neceſſarium ꝙ
ſemꝑ ſe habeat erga nos vno mō in dando ſemꝑ ꝓſperitatē: vel ſemꝑ ad=
uerſitatē: imo vere vtile eſt hoi: ꝙ nunc frigiditatē nūc calorē: nunc ꝓſpe
ritatē: nunc aduerſitatē introducat: vt ſic alimentum diuine grē in nobis
generet: ⁊ ꝓducat. Celū ēt hȝ rotunditatē: claritatē: dyaphaneitatē: vel
Macro. perſpicuitatē: ⁊ ſm Macro. lib. de ſomno Scipionis: per orbes ſuos cāūt
quendā ſonnū ⁊ harmonie ſuauitatē: ⁊ motu ſui īpetus: in rebus calidita
tem. Sic vere vir ꝑfectus hȝ claritatē ſapientie: rotunditatē obediētie (fi=
gura. n. rotunda eſt ſumme mobilis) hȝ ꝑſpicuitatē veritatis ⁊ ſimplicita=
tis quia quilibet videt qđ hȝ in corde. Intra ſe ēt cauſat harmoniā gratia
rum actionis: ⁊ calorē diuine dilectiōis: ēt more celi altus ꝑ ꝯtēplationē:
oīa ꝯtinēs per ꝯpaſſionē: a terra ⁊ a terrenis elōgatus ꝑ coꝝ abiectionē:
Gene. ſtellis ornatus ꝑ virtutū multiplicationē. Gen. xv. Suſpice celū ⁊ nume=
ra ſtellas eius ſi potes. Celū omnia inferiora mutat: ⁊ tn̄ a nullo inferiori
ſe mutat̄: vel pōt recipe mutationē aliquā. Sic vere deus mutat oīa infe=
riora tpalia: ⁊ ſpūalia: vnūquodqȝ ſm ꝓpriā qualitatē: ipſe tn̄ nullā mutatio
Ps nem recipit in ſe ipſo. Ps. mutabis eos ⁊ mutabunt̄: tu aūt idē ipſe es. Ce
lum eſt ſumme ꝑfectionis inter corporalia: nihil tn̄ eſt ita vile: nec ita ſibi
diſſimile in nā: quin in virtute aliq̄: corpori celeſti ſimilet̄: imo multa talia
meliora celo īueniūt̄. pȝ de muſca: que hȝ vitā: quā celū non hȝ. Sic vere
dato ꝙ aliquis hō ſit magne ꝑfectionis ⁊ vite celeſtis: nō eſt tn̄ ita vilis hō
in natura: quin habeat virtutem vel conditionē meliorem ꝙ̄ ſint multa: q̄
in ipſo virtuoſo eſſe noſcuntur: ⁊ hoc intellige de poſſibili.

¶ De celo Moralitas alia. Cap. 3.

C Elum in ſacra ſcriptura reperitur multiplex. vȝ. Extentū: ſtella
latum: clauſum: nouū: altum: baſſum: preparatum: menſuratū:
igneum: eneum: obſcurum: ſecurum: ſolidum: roridū: loquēs:
intelligens: audiens: benedicens: liqueſcens: confitens: pluens: tremens:

tonans: dormiens. ¶ Tale celū eſt vir iuſtus: ꝛ talis debet eſſe quilibet eccle
ſiaſticus prelatus. Debet igit̄ eſſe celum extentum: bona ſua alijs erogan 1
do. ps. Extendens celū ſicut pellē: qui tegis aq̄s ſuperiora eius. ¶ Itē ſcdo 2
ſit ſtellatū. ſ. gratijs ꝛ virtutib⁹ alijs relucēdo. Gene. 1. Poſuit ſtellas in 3
firmamēto celi vt lucerēt ꝛc. ¶ Tertio ſit clauſum: ſemꝑ per diligentiā ſe 4
cuſtodiēdo. 2. Parali. 6. Si clauſero celū ꝛ pluuia nō fuerit. ¶ Quarto
ſit i nouū puritatē ꝛ mūditiā obſeruādo: vt Apoc. Vidi celū nouū ꝛ terrā
nouā. ¶ Quinto ſit altū: eterna ꝛ ſublimia ꝯtēplando. Eccleſi. 1. Altitu- 5
dinē celi ꝛ latitudinē quis dimēſus eſt. ¶ Sexto ſit celū baſſum: humili- 6
ter cōuerſando. ps. Dñe inclina celos tuos ꝛ deſcēde. Et Eſa. 64. Utinā
dirūperes celos ꝛ deſcēderes. ¶ Septimo ſit celū ꝑparatū: mores bonos 7
vendicādo. Prouer. 8. Qñ ꝑparabat celos aderā. ¶ Octauo ſit celū men 8
ſuratū: maturitatē ꝛ prudētiam ſectādo. Eſa. 40. Celos palmo pōdera
uit. ¶ Nono ſit celū igneū: p charitatem ardendo: ꝛ alios inflāmando: ꝛ 9
ad charitatē incēdendo ꝛ prouocando. 2. Paralipo. 7. Deſcendit ignis
de celo ꝛ deuorauit holocauſta. Et. 2. Petri. 3. Celi ardentes ſoluentur.
¶ Decimo ſit celū eneū: ſonum diuine laudis ꝓmendo. Deute. 18. Sit 10
celū qd̄ ſupra te eſt eneū: ꝛ illud Job. 37. dr̄ de celis: q̄ ſolidiſſimi quaſi ere
fuſi ſunt. ¶ Undecimo ſit celū obſcurū: per timorē: dei iudicia cogitādo. 11
Eſa. 50. Induam celos tenebris: ꝛ ſaccum ponam operimentum eoꝝ. Et
Ezech. 32. Celū nube tegā. ¶ Duodecimo ſit celū ſecurū: in deo ſperā- 12
do: ꝛ confidēdo. Unde. 2. Parali. 6. dr̄. Reſpice de celo firmiſſimo habi
taculo tuo domine. ¶ Tertiodecimo ſit celū ſolidum: ſe per conſtantiam 13
roborādo. Prouer. 3. Stabiliuit celos prudētia. ¶ Quartodecimo ſit ce- 14
lum roridum: in alios doctrine ſtillicidia diffundēdo. Zacha. 8. Celi da-
bunt rorem ſuū. Et illud predictū Gene. 27. In rore celi benedictio tua.
¶ Quintodecimo ſit celum intelligēs: vtilia meditando. ps. Qui fecit ce 15
los i itellectu. ¶ Sextodecimo ſit celū audiēs: preces pauperum ſuppli- 16
cantiū admittēdo: ꝛ dei mandata attēdēdo: ꝛ cauſas partiū decidēdo.
Deutero. 32. Audite celi que loquar. ꝛ. 1. Macha. 2. Clamor populi aſcē
dit ad celos. ¶ Decimoſeptimo ſit celum loquens: dei iuſtitiā: ꝛ gloriam 17
predicando. pſalm. Annunciabūt celi iuſtitiam eius. Et iterum. Celi enar
rāt gloriā dei. ¶ Decimooctauo ſit celum benedicens. Domino gratias 18
agendo. Daniel. 3. Benedicite celi domino. ¶ Decimonono ſit celum cō 19
fitens: propria crimina reuelando: ꝛ dei mirabilia recitando. pſalm. Con
fiteantur celi mirabilia tua domine. ¶ Uigeſimo ſit celum liqueſcens: ſe 20
per compaſſionem ſuper aliorum miſerijs reſoluendo. Eſay. 51. Celi ſi-
cut fumus liqueſcent. ¶ Uigeſimo primo ſit celum placens: omnibus be 21
neficia influendo. Eſay. 45. Rorate celi deſuper: ꝛ nubes pluant iuſtū.
¶ Uigeſimo ſecundo ſit celum coruſcans: bona exempla omnibus pre- 22
bendo. Actu. 9. Circūfulſit eum lux de celo. ¶ Uigeſimo tertio ſit celū 23
tremens: deū timendo ꝛ reuerendo. Job. 26. Columne celi contremi-
ſcunt ad nutū ei⁹. ¶ Uigeſimo q̄rto ſit celū tonās atq; fulgurās: malos 24
corrigēdo ꝛ d̄terrēdo. 1. Reg. 2. Formidabūt aduerſarij ei⁹: ꝛ ſup ipſos i celo

25 tonabit. ¶ Vigeſimo quinto ſit celū dormiēs: in celo mētaliter quieſcē
Job. do: vel in deo. Job. 38. Cōcentū celi q̄s dormire faciet. ¶ Per celū ēt pōt
intelligi pctōr: qui dr̄ clauſum: qꝛ pctā ſua celat in cōfeſſione p̄ uerecūdiā.
Altū: qꝛ alijs ſe p̄fert per ſuperbiā: latū: qꝛ oia continere vellet p̄ auaritiā:
lucens qꝛ ornatus vult eſſe per apparētiā. Voluēs: qꝛ cōtinue mouetur p̄
incōſtantiā. Tonās: qꝛ alios terret p̄ ſeuitiā. Coruſcās: qꝛ corā alijs ſplē-
det per iactātiā: fulminās: qꝛ alios ledit p̄ violentiā. Eneū: qꝛ alios clamā
do ſolet diffamar̄. Igneū: qꝛ alios exaſperādo ſolet inflāmare. Obſcurū:
qꝛ ſalutaria ſolet ignorare. Liq̄ſcēs: qꝛ ſeipm̄ p̄ luxuriā ſolet eneruar̄. Dor
miens: qꝛ ſemp̄ p̄ deſidiam ſolet ſoporari. Iſta oia potes cōcordare per au
ctoritates imediate allegatas: modo tn̄ contrario intellectas. Sic ergo pa
tet q celum ſignat iuſtum pariter ⁊ iniuſtum.

¶ Celi alia Moralitas: ⁊ pōt poni etiam pro empireo. Cap. 4.

Per celū etiā pōt intelligi Paradiſus. Et hoc multiplici rōe. Ce-
lum. n. h3 p̄petuā claritatē. Delectabilē iocūditatē: ordinatiſ-
ſimā cōitatē. Primo dico q celū h3 claritatē inoffuſcabilē. Ibi
enim eſt ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle: q̄ ſunt corpa valde luminoſa: ⁊ luminis in alijs
cātiua. Sic celū paradiſi cōtinet ſolem iuſtitie xp̄m in duplici nā: lunā. i.
beatā virginē: ſtellas. i. angelos: ⁊ ſanctos: qui omnes fulgēt ineſtimabi-
li claritate: ⁊ ſpūaliter ⁊ ēt corporaliter poſt reſurrectionē gn̄alē: quantū
Eccle. ad ſanctos: qꝛ fulgebūt iuſti ſicut ſol. Vn̄ Ecci. 43. Glorioſa ſpecies celi:
gloria ſtellar̄ mundū illuminans. Itē eſt ibi iocūditas ineſtimabilis: q ita
Macro. ſm Macrobiū. Orbes celi faciūt ſuauē melodiā. Iuxta illud Job. 38. Cō
Job. cētū celi q̄s dormire faciet. Sic vere paradiſus harmoniā diuine laudis: q̄
Job. ab orbibus celeſtibus. i. a ſctis ⁊ angelis inceſſanter p̄fert. Job. 38. Vbi
p̄s eras cū me laudarēt ſimul aſtra matutina: ⁊ iubilarēt oēs filij dei: ⁊ p̄s.
Exultationes dei in faucibus cor̄. Itē ibi ē ordo imp̄turbabilis. Celū. n.
eſt ordinatiſſime p̄ceſſiuū. Orbes. n. celi inter ſe ſunt ordinati ⁊ diſtincti: ⁊
ita faciūt ordinate curſus ſuos: ⁊ infallibiliter veniūt ad puncta ſua. Ita
etiā ordinate p̄cedūt q vna ſtella locū alterius: vel circulū nō impedit: nec
eā in actu ſuo quoquo mō retardat. Et q̄uis ēt ſint diſparis claritatis: q̄li
bet tn̄ loco ſuo eſt ɔtenta. ¶ Sic in paradiſo ſunt ſcti ⁊ bti: diuerſis diſtin
ctionibus ordinati: ſ3 diſparitatē meritor̄. Vn̄ eor̄ tn̄ q̄libet ē ſtatu ⁊ gradu
ſuo ɔtētus eo q alter alter̄ nō p̄turbat: ſ3 pace ordinatiſſima ſp̄ gaudēt.
Vn̄ iſtū ordinē mirabaꝛ Regina Saba: q̄ venerat de finibus terre: audi
re ſapiā3 Salomonis: q̄ regis ſapiā3: fabricā tēpli: ⁊ ordines miniſtrātiū
taliter mirabaꝛ q nō habebat ſpū3. ſ. p̄ ſtupore ⁊c. Iſta ē aīa beata de fini
bus terre. i. de mundo ad celū trāſlata: q̄ miraꝛ dei ſapiam imp̄ſcrutabilē:
fabricā templi. i. totius vniuerſi naturā valde laudabilem. Item ordine3
miniſtror̄. i. diſtinctionē beator̄ imperturbabilem. Ideo cuilibet poteſt
Job. dici illud. Job. 38. Nūquid noſti ordinē celi: ⁊ rationē eius pones in ter-
ra. Ordo. n. primus ɔtinet xp̄m. Scōs beatā virginē. Tertius angelos.
Quartus martyres ⁊ apoſtolos. Quintus cōfeſſores ⁊ viros iuſtos. Sex
tus doctores ⁊ viros in ſpūalibus eruditos. Iſtius ergo ordinis celeſtis

in terra

in terra rō ponitur: quando ab hoīe terreno in corde ſuo (loco xp̄i humi-
litas: loco Marie pietas: loco angeloꝝ puritas: loco martyꝝ patientia: lo
co Confeſſoꝝ pnīa: loco doctoꝝ prudentia) deſcribit᷑ ⁊ habet᷑ Hiere. 30. Hiere.
Templū ſuo ordine fundabit᷑. Ad iſtū ġ locum debemus totis affectibus
anhelare: ⁊ ip̄m totis deſyderijs affectare: ⁊ ibidē ex tunc per affectū ⁊ de
ſyderiū abundare: vt ſic quilibet p futurā ſpem poſſit dicere illud Eſa. 66 Eſa.
Celū mihi ſedes eſt: terra aūt ſcabellum pedū meoꝝ. Celū. n. ideſt celeſtis
patria dʒ eſſe ſedes noſtra per ingē meditationem: cōtemplationeʒ: ⁊ affe
ctionē. Terra aūt. i. tpalis facultas: dʒ eſſe ſcabellum ſub pedibus noſtris
per cōtēptum ⁊ abominationē ⁊ deteſtationē. Si aduertamus in iſta auc-
toritate inueniemus: ꝙ celū ⁊ celeſtia bona habēt q̄nq; conditiones pro-
pter quas debēt affectari. ¶ Primo qꝛ ibi eſt ſecuritas inexpugnabilis: qꝛ 1
dr̄ celum a celādo eo ꝙ ibi celet᷑ ⁊ ꝓtegatur homo ab oī tribulatione. Ad Celum.
partē. n. ſupremā aeris nō aſcendunt: vel nō attingunt male aeris imp̄ſſio
nes. ſ. turbines: grādines: niues: q̄ tn̄ in inferioribus generant᷑: ⁊ quibus
hoīes grauiter impugnant᷑. Sic ſurſum in patria nō ſunt alique tribula-
tiones ⁊ impugnationes: qꝛ oēs remanēt in hac vita. Celū ergo a celādo
Eſa. 32. Erit (inquit) vir ſicut q abſcōdit᷑ a vento: ⁊ celat ſe a tempeſtate. Eſa.
Eſt igit᷑ ibi ſecuritas inexpugnabilis. Et iō celum dicitur firmamentum:
qꝛ. ſ. poſſeſſores ſuos firmiter ꝓtegit ⁊ defendit. Gen. 1. Uocauit firma- Gene.
mentū celum. Seqtur. Stellas poſuit in firmamento celi. ¶ Secūdo eſt 2
ibi tranquillitas pacis laudabilis: quod oſtenditur. cuʒ dicitur. Sedes. Sedes.
Sedere. n. ſignificat ſtatum pacis ⁊ quietis. Et ideo beati qui ſunt in ce-
lo vbi requieſcunt a laboribus ſuis ſedere merito dicuntur: vt de quolibet
iſtoꝝ dicatur illud Apoc. 4. Ecce ſedes poſita erat in celo ⁊ ſuper ſedeʒ ſe Apoc.
dens. Ararath. n. eſt mōs altiſſimus Armenie: in quo requieuit Archa poſt
diluuium. ſ̄m Iſido. Et ſignat Paradiſum locum altiſſimū: vbi eſt pfe- Iſido.
cta quies: vbi Archa. i. anima poſt diluuium p̄ſentis ſeculi requieuit. Gen.
8. Requieuit archa ſup mōtes: vnde de tali ſede dr̄ ps. Dn̄s in celo parauit ps
ſedē ſuā. ¶ Tertio dico ꝙ ibi ē eternitas indefectibilis. Eſt inqt. Uita. n. 3
illa nō pōt dici fuit vel erit: qꝛ fundat᷑ in eternitate: in q̄ nō ē p̄teritū vel fu Eſt
turū: ſed p̄ntia ſemp durās. Iō de iſta indefectibili eternitate: dr̄ vel dici pt
cuilibet ibi exiſtēti illō ps. Si aſcēdero in celū tu illic es. ¶ Quarto dico ps
ꝙ ē ibi fertilitas ihauſtibilis. Terra: inqt: qō ē elemētū fructifex: q̄ ꝓ cū- 4
ctis viuētibus cibū gignit. Et iō illa ſ̄m Iſido. dicebat᷑ antiqtus alma ma Terra.
ter: talis eſt paradiſus: qꝛ ibi ē verus fructus: vera refectio: vex eē: ⁊ vera Iſido.
vita: vt ſic cuilibet btō poſſit dici illō. Gen. 27. In rore celi ⁊ pinguedine Gene.
terre: erit benedictio tua: vt ſic q̄libet noſtrū dicat cū ps. Portio mea dn̄e ps
ſit in terra viuētiū. ¶ Quinto dico ꝙ ibi eſt ꝑ ſtabilitas durabilis. Sca- 5
bellū: inqt: pedū meoꝝ. Gloria. n. eterna dr̄ ſcabellū pedū: qꝛ ſcabellū eſt il
lud qō ſuſtinet pedes nr̄os. Ad denotandū ꝙ pedes affectionū nr̄aꝝ tūc
ſtabiliter ſuſtinent᷑: qn̄ ſup eterna gloria innitunt᷑. Bona. n. tpalia nō ſunt
ſcabellum ſufficiēs ad affectiones hoīs ſuſtinēdas: fatuus. n. eſt q talib⁹
innitit᷑: vel q in talibus ꝯfidit: ſicut qui innitit᷑ baculo arūdineo in ſaltādo.

Sed celeſtia ſunt bonũ ⁊ firmũ ſcabellũ: q̃ nõ deficiũt nec franguntur. Et ideo ſicut elephas fortibus arboribus ſolet initi dum dormit. Sic nos debemus initi bonis eternis: q2 celi ſolidiſſimi quaſi ere fuſi ſunt. Job. 38. Job. Jõ de tali ſcabello dr̃ cuilibet cõtemplanti: illud ps. Adorate ſcabellum pedũ eius: qm̃ ſanctũ eſt. Et. 2. Parali. 9. Rex Salomon fecit thronũ eburneũ ps ⁊ ſcabellũ aureũ. Talia .n. ſunt bona celeſtia: q2 .ſ. pp iſtã quintuplicẽ ↄdi Parali. tionẽ ſunt ſpecialiter affectãda. Ut ſic dicat qlibet illud Phili. 3. Cõuerſatio noſtra in celis eſt. Sed heu: q2 bona mũdi nõ ſunt ſtabilia: ſed fallibilia: nõ ſunt fertilia ſed ſterilia: nõ durabilia: ſed trãſitoria: nõ ſunt qeta ſ3 Paul. turbata: nõ ſunt ſecura ſed diuerſis impugnationibus obſcura: ⁊ ideo nõ in iſtis tpalibus ſed in celeſtibus eſt morãdũ: contemplandũ ⁊ affectandũ: ⁊ illuc cũ gemitibus anhelandũ: vt de quolibet dicat illud Mar. 7: Suſpiciens in celũ ingemuit. Et ſic accidet nobis: ſicut illi domicelle que dicebatur Calyſto: que cũ (ſm fabulas) pp fornicationẽ mutata fuiſſet in vrſã: ⁊ quotidie gemeret ⁊ rugiret. Juppiter motus pietate: mutauit eam in ſtellã: ⁊ poſita ẽ in celo: ⁊ dr̃ vrſa maior. Sic qñ hõ pp fornicationẽ petõꝝ ſuoꝝ efficit̃ vrſus .ſ. vilis ⁊ petõr: tandẽ fit humilis penitẽs atq3 gemens ⁊ ſic ſepe accidit ꝙ mutatur in ſtellã .ſ. in virũ lucidũ ⁊ perfectũ: ita ꝙ in celo finaliter collocat̃ .ſ. nunc per ſpem: in fine per ſpẽm: nunc in affectu: tunc aũt in actu: nunc in voluntate: tunc in re. Uñ dicat illud Eccle. 24. Girum celi circuiui ſola. Et Act. 7. Jntendẽs in celũ vidit gloriam dei. Et ſi vis: dic hic: ꝙ iſtud eſt celum in quo deus ſedet ad imperandũ. Eſay. 66. Celu3 mihi ſedes eſt. ⁊ in ps. Dñs in celo ſedes eius. Jn quo deus manet ad habitandũ. ps. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. De quo deus videt ad ↄſiderandũ. ps. Dñs de celo ad terram aſpexit: videt oẽs filios hoium. De quo deus venit ad nobis miſerandũ. Jo. 6. Ego ſũ panis viuus qui de celo deſcẽdi. Ad qđ deus aſcẽdit ad oñandum. Heb. 7. Excelſior celis factus eſt. A quo finaliter ad terrã iteꝝ deſcendet ad iudicandum. Actu. 12. Angelus autẽ domini deſcendit de celo. Et nota ꝙ in iſto celo eſt iocunditas: ſecuritas: ſtabilitas: fertilitas: concordia: ⁊ hec de celo in generali ſufficiant.

Job. — ps — Parali. — Paul. — Mar. — Fabul. — Eccle. — Actuũ. — Eſa. — ps — ps — Joan. — Paul. — Act.

¶ De circulis celi: Declaratio realis. Cap. 5.

Circuli celi ſunt plures: quoꝝ duo ſunt viſibiles .ſ. Galaxia: ⁊ Zodiacus. Alij ſunt inuiſibiles .ſ. eqnoctialis cũ reliquis: de quib⁹ ordinate dicamus. Eqnoctialis eſt circulus diuidẽs ſpheram in duo equalia: ſm quãlibet ſui partem equaliter diſtans a polis. Dictus eqnoctialis: q2 cum ſol tranſit per ipſum (quod bis fit in anno: cum .ſ. eſt in principio Arietis circa feſtum ſancti Gregorij: ⁊ in principio Libre: circa feſtum Exaltationis ſancte Crucis) fit equinoctium in vniuerſa terra. Hinc ⁊ equator diei ⁊ noctis. Eſt enim tunc dies duodecim horarum. ſimiliter ⁊ nox. Nominatus eſt autem cingulus primi mobilis: quia ipſum in medio per duo equalia: per modum cinguli diuidit. De zodiaco in fine aliorum circulorum dicetur: quia prius agitur de circulis inuiſibilibus.

Equinoctialis.

¶ De circulis

218

ℭ De circulis Coluris. Cap.6.

Olurus ſolſtitiorū eſt circulus: per polos mūdi ⁊ principia Cā
c cri ⁊ Capricorni trāſiens: ſpherā in duo equalia diuidēs. Et dr̄
colurus a colon: qđ eſt mēbrū: ⁊ vros: qđ eſt bos ſylueſtre. appa
ret. n. huius circuli ſola vna medietas: in modū caude bouis ſylueſtris ere
cte. Sed ſolſtitiorū dr̄: qm̄ ſol ipm̄ attingēs: āplius nō aſcendit: vt cū circa
feſtū Uiti: Cancrū intrat. Nec deſcendit: vt cū Capricornū circa feſtum
ſctē Lucie: intrat. Et horū primū dr̄ ſolſtitiū eſtiuale: q2 fit in eſtate. Alterū
vero ſolſtitiū hyemale appellat̄: q2 in hyeme fit. Colurus vero equoctiorū
eſt circulus per polos mundi ⁊ principia Arietis ⁊ Libre tranſiens: ſphe
rāq3 in duo equalia diuidēs. Dictus eſt aūt circulus equinoctiorū: q2 ſol
ipſum attingēs equinoctia facit: vnū. ſ. vernale circa feſtum. s. Gregorij.
Alterū vero autūnale circa feſtum Exaltationis. s. Crucis. Et hi duo cir
culi ſe ſe in polis mundi interſecāt ad angulos rectos ⁊ ſphericales.

ℭ De circulo meridiano. Cap.7.

Eridianus circulus in ſphera: eſt qui trāſit p polos mundi ⁊ p
m zenith capitis noſtri. Eſt autē zenith capitis noſtri: punctus fir
mamenti: directe ſuprapoſitus capitibus noſtris. Dr̄ ēt pūctus
verticalis q2 directe ſup ceruices nr̄as. Dicitur autē hic circulus meridia
nus: q2 cum ſol ab ortu aſcendens ad ipſum peruenerit: illi p cuius zenith
talis circulus trāſit: meridies ē. Ex quo p3: ꝙ ciuitates: q̄ equaliter diſtāt
ab oriēte ⁊ occidēte habent eundē meridianū: l3 habeant diuerſas latitu
dines: q̄ vero inequailter diſtant ab oriēte ⁊ occidēte: neceſſe eſt habere di
uerſos meridianos. Dr̄ia autē meridianorū: in tabulis aſtronomicis: lō
gitudo ciuitatum dicitur. Manet autem idem meridianus ciuitatum: ad
300. ſtadia: vltra variatur ad ſenſum.

ℭ De circulo Horizonte. Cap.8.

Orizon eſt circulus diuidēs hemiſperiū ſuperius ab inferiori: q
h ⁊ viſum noſtrū terminat: horizon nāq3 interp̄tatur terminator
viſus. Et iſte eſt duplex. ſ. rectus ⁊ obliquus. Illi dicunt̄ habere
horizōta rectū: qui habitāt ſub equoctiali. Nā horū horizon trāſit p polos
mundi: ſic ꝙ neuter polorū magis eleuat̄: ⁊ equinoctialē diuidit ad angu
los rectos ſpherales. Horizōta obliquū ſiue declinem habent illi: quibus
vnus polorū eleuatur ſuper horizonta: ⁊ quorū horizon interſecat equino
ctialē ad angulos obliquos ſpherales. Eſt autē zenith capitis ſemp polus
horizōtis: ex quo p3 tantā eſſe diſtantiam zenith capitis noſtri ab equino
ctiali: quāta fuit eleuatio poli mundi ſuper horizontē. Eſt autem (ad ſen
ſum) ciuitatum horizon idem ad. 400. ſtadia.

ℭ De circulis ſphere minoribus. Cap.9.

Irculi minores in ſphera imaginādi ſunt quatuor: quorū duo
c ex motu polorū zodiaci: circa polos mūdi cauſant̄. poli. n. zodia
ci: a polis mundi diſtantes per vigintitres gradus ⁊ quaſi dimi
dium: voluuntur circa ipſos: ſicq3 cauſant duos circulos quorū vnus dici
tur arcticus: alter vero antarcticus. Arcticus qdē dicitur a conſtellatione

arctos.i.ab vrſa maiore: que inuenit circa hunc circulũ. Dicitur etiã cir-culus borealis ⁊ ſeptẽtrionalis. Borealis quidẽ: q2 eſt ex illa parte mundi vnde boreas ventus naſcitur. Et dr̃ ſeptẽtrionalis a ſeptẽtrione.i.a minori vrſa: que figuratur ſeptẽ ſtellis exiſtẽtibus circa hunc circulũ: que ſtelle ſeptẽ ⁊ triones.i.boues appellant: eo ꝙ tarde ad modũ bouis moueant. Eiſdẽ ẽt noĩbus polus mũdi q nobis ſemper apparens (qui ⁊ circuli ar-ctici centrũ eſt) noiat. Circulus vero ⁊ polus oppoſitus dr̃ antarcticus: quaſi cõtra arcticũ. Dr̃ ẽt auſtralis a vẽto: ⁊ meridionalis a tali parte mũdi.ſ.meridie. Alij duo circuli minores ſic in ſphera imaginant. Nã ſol exiſtens in primo puncto Cancri: deſcribit quendã circulum motu firmamẽti: quẽ tropicũ Cancri dicunt. Tropicũ.n. a tropos dr̃ qð eſt conuerſio: nã tunc ſol nõ aſcendens altius ſe conuertit. Similiter cũ ſol fuerit in primo puncto Capricorni: deſcribit quendam circulum: qui tropicus Capricorni appellatur ex eadem cauſa.

De circulo Zodiaco. Cap. 10.

Z Odiacus eſt circulus qui tranſiens per mediũ ſphere: interſecat equinoctialẽ: ⁊ interſecat ab eodẽ: in duas partes equales: quarum vna verſus auſtrũ: reliqua verſus ſeptẽtrionẽ declinat: per hoc dr̃ circulus obliquus: ⁊ ſigna que declinãt verſus auſtrũ: vocant auſtralia.ſ. Libra: Scorpio: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: ⁊ Piſces. Illa vero que verſus ſeptẽtrionẽ ſe vertunt. Borealia a uento: vel ſeptẽtrionalia dicũt.ſ. Aries: Taurus: Gemini: Cãcer: Leo: Virgo. Eſt aũt hec declinatio zodiaci ab equinoctiali graduũ.23.⁊ dimidij aut fere.24. Dictus ẽ aũt zodiacus a zoe: qð eſt vita. Sol.n.ſub illo circulo motus: preſtat vitã cunctis inferioribus aĩantibus: aut dr̃ a zodion: qð eſt aĩal. Sunt.n. in eo duodecim imagines formate per poſitiones ſtellarũ: ⁊ noĩbꝰ animaliũ inſignite. Et ſolus iſte circulus in zodiaco hʒ latitudinem: que duodecim graduum ſpaciũ ꝯplectitur: ⁊ per mediũ horũ graduũ: eſt imaginãda vna linea diuidens zodiacũ (in circuitu) in duo equalia: a qualibet parte ſex gradus relinquendo: ⁊ hec linea eclyptica nominatur: eo ꝙ ſub ea tantũ: dum ſol ⁊ luna fuerint: poſſit fieri eclypſis. Ex hoc habeas qðlibet ſignũ habere in longitudine.30.gradus: ⁊ in latitudine.12. Quandoqʒ tñ totum firmamentum diuiditur in duodecim equalia: per ſex circulos: per polos zodiaci: ⁊ initia


polus zodiaci.

zodi  ac⁹.

polus zo diaci

219

ci: ꝛ initia ſignoꝝ i zodiaco diſtinctoꝝ trāſeūtes: ꝛ tūc ſtelle eī zodiacū exiſ-
ſtētes dicūt eē i ſignis. Hec de circulo zodiaco. Et nota q̄ oēs ſ̄ dicti circuli
ſ.n ſolū i firmamēto imaginādi ſūt: ſʒ ēt i. ix. ꝛ. x. vt phis adinōet d̄ſcriptio.



¶ De Circulis celi Moralitas. Cap. II.

Et celū diuiſuʒ i diuerſos circulos: pt intelligi ſctā eccl'ia illuſtrata
p diuerſis gr̄ijs gratis datis. Nā de circulis loq̄ns Salomō Eccle. i.
dicit. Luſtrās vniuerſa i circuitu pgit ſpūs: ꝛ i circulos ſuos reuer- Eccle.
tit. Sic ſpūs ſctūs circūdās eccleſiā dotauit donis ꝛ gratijs gratis datis.
de qb⁹ Apoſt. I. Cor. xij. ait. Alij qdē p ſpūʒ dat ſmo ſapie: alij āt ſcie: ſʒ
eūdē ſpūʒ: alij fides i eodē ſpū: alij gr̄a ſanitatū i vno ſpū: alij opatio v̄tutū Paul.
alij ꝓphetia: alij diſcretio ſpūuʒ: alij gn̄a linguaꝝ. alij interp̄tatio ſmonū.
Hec autem oia operat vnus atq͡ʒ idem ſpiritus: diuidens ſingulis prout

1 vult. ¶ Prima ḡ gr̃a eſt ſermo ſapie: q̃ cõſiderat cãs altiſſimas: ⁊ hec rep̄ſentatur p̄ circulũ ſolſtitij eſtiualis. Gr̃a.n.ſermonis ſapienter loquentis
1 dʒ ad duo reſpicere: p̄ illũ circulũ rep̄ſentata. ¶ Primo ſermo p̄dicatoris ſapiẽtis dʒ illuſtrare intellectũ auditoris: ſpecialiter de diuinis ⁊ ſpũalibꝫ circa que ꝓprie eſt ſapia. Tũc aũt intellectus auditoris inſtruit᷑: dũ p̄dicator ſic clare loquit᷑ ꝙ doceat. Et hoc ſignat ille circulus ſolſtitij eſtiualis: q ſõ dr̃ ſolſtitialis eſtiualis: qꝛ ſole ibi exiſtẽte: fit ſolſtitiũ eſtiuale: qḋ ẽ dũ ſol intrat primũ gradũ Cancri die.xv. Julij. Ubi aũt exiſtit ſol p̄ſens: oĩa clare ⁊ lucide videntur. Et talibus ex perſona ſapie: dr̃ Eccle. 14. Qui eluci
Eccle. 2 dant me vitã eternã habebunt. ¶ Scḋo ſermo p̄dicatoris ſapiẽter loquẽtis: dʒ mouere affectũ auditoris: ſic vʒ ꝙ libenter audiat verbũ dei. Ille ãt qui vult delectare: opʒ ꝙ loquat᷑ temperate.i.nõ nimis ꝓlixe: qꝛ prolixa locutio nõ delectat ſed attediat. Et ſi vult mouere affectũ opʒ ꝙ loquat᷑ fer-
Grego. uenter. nã dicit Greg. Uerba inflãmare nequeũt: que frigido corde ꝓferuntur. Et hoc ſignat circulus ſolſtitialis eſtiualis qui mediat inter nr̃am terrã habitabilẽ: ⁊ torridã zonam. In noſtra.n.terra habitabili eſt tẽperatus aer: in torrida vero ẽ exceſſus caloris. Sic in ſermone p̄dicatoris debent hec duo cõiungi.ſ.tp̄amentum locutionis.ſ.a ꝓlixitate: ⁊ feruor ꝓnunciationis: vt.ſ.per primũ placeat: ⁊ per ſecundum moueat: ac inflãmet ſic ꝙ ad actũ ſiue ad operationẽ flectat.i.ad hoc vt auditor amet ea q̃ predicator dicit ⁊ ipſa implere velit: qḋ fit dum ſic loquit᷑ ꝙ auditorẽ flectit. Ad hoc aũt ſpũs ſctũs vtitur lingua p̄dicatoris quaſi quodã inſtrumẽto. Ipſe
Grego. vero eſt qui p̄ficit opationẽ interius. Un̄ Greg.in homel. Pent. Niſi corda audientiũ ſpũs ſctũs repleat: ad ardorẽ amoris: vox dicentiũ incaſſum ſonat. Et hoc ẽt oſtendit circulus ſolſtitij eſtiualis: eo ꝙ iſte circulus tãgit zodiacũ in Cancro. Nã zodiacus dr̃ a zoe: qḋ eſt vita: qꝛ ſpũs ſctũs ẽ viuificatiuus: vt dicit Saluator: Spũs eſt qui viuificat. Un̄ tunc circulo eſtiuali ꝯiungit᷑ zodiacus: qñ ipſius p̄dicatoris ſermoni adiungit᷑ ſpũs ſancti virtus. Que cõiunctio fit in Cancro: vbi ſol reflectit᷑ ⁊ retrocedit. Naʒ in octauo gradu Cãcri ſol retrogradition̄ facit: quia vſqꝫ ad primũ gradũ Cancri intantũ eleuatus eſt verſus nos ꝙ nõ põt plus extolli: ⁊ tũc retrogradit᷑ deſcendẽdo per ſigna inferiora. Tunc ergo circulus ſolſtitialis zodiacum in Cancro tangit: qñ ſermo predicatoris virtute ſpũs ſcti adiũcta:
2 cor ſuperbũ pctõris ad humilitatem penitentie flectit ⁊ reducit. ¶ Scḋa
Scia gratia gratis data eſt ſermo ſcie.i.gratia loquẽdi efficaciter de inferioribꝫ ⁊ ſpecialiter de humanis. Et hec aſſimilat᷑ alteri circulo ſolſtitiali hyemali. Nam ille qui vult recte docere hominem ſcientiam: non vanam ſed ſalutiferam: debet intendere ad tria. ¶ Primo ad inſtruendum.ſ. vt minuantur
1 Solſtitialis. Hyemalis. tenebre ignorantie.⁊ creſcat lumen ſciẽtie. Et hoc ſignificat ſolſtitialis hyemalis: qꝛ.ſ. Sole in eo exiſtente: fit ſolſtitium hyemale: ⁊ tunc incipiũt creſcere dies: ⁊ noctes decreſcere. Ad Roma. 13. Abijciamus opera tenebrarum ⁊ induamur arma lucis: ſit vt in die honeſte ambulemus. ¶ Scḋo
Paul. dʒ intendere ad afficiendũ.ſ.timore ſupplicij ⁊ amore premij. Et hoc ſigni
2 ficat ſolſtitialis hyemalis: q eſt inter torridam zonã: ⁊ alterã partem terre habitabilis.

220

habitabilis. Nã in torrida vbi eſt exceſſus ardoris: intellige ſuppliciũ in
ferni. In alia habitabili vbi tẽperies ⁊ amenitas eſt aeris: intellige celi ſua
uitatem. Quorum primum eſt timendum: ſecundum vero appetendum.
¶ Tertio debet intendere ad promouendum.ſ. vt homo per ſcientiã hu 3
manorum etiam practice proficiat: aſcendendo de virtute in virtutẽ. Qđ
iterum oſtendit circulus ſolſtitialis hyemalis: quia tangit zodiacum in
Capricorno. Caper enim eſt animal cornibus ſuperiora petens. Unde di
citur Capricornus: quia ſol ibi exiſtens poſt ſolſtitium eſtiuale incipit
aſcendere per ſigna ſuperiora verſus ſcilicet Arietem ⁊ Cancrum: per
quod ſignificatur hominis aſcenſus per profectum. ¶ Tertia gratia gra= 3
tis data dicitur fides. Et hec aſſimilatur circulo galaxie: de quo infra di= Fides
cetur: ⁊ hoc propter quatuor. ¶ Primo propter puritatem: quia galaxia 1
dicitur via lactea: in qua ſignificatur nitor puritatis: quã fides facit ſecun Galaxia
dum illud Petri. Actuum.xv. Fide purificans corda eorum. ¶ Secun= Act.
do propter firmitatem: quia vt dicit Philoſophus. Galaxia ſemper ſtat in 2
eodem loco celi: ⁊ hoc quantum ad apparentiam: quod dico ꝑꝑ tardiſſi= Phs
mum motum: quia in rei veritate expertum eſt ꝙ galaxia: cum ſit pars
octaue ſphere: mouetur in centum annis vno gradu: vt patet in octaua
ſphera. Fides autem prout eſt gratia gratis data: accipitur pro aliqua fi=
dei excellentia: ſicut pro conſtantia fidei: vt dicit gloſa. Unde fides dici=
tur ſubſtantia propter firmitatem. Hebre.xi. ¶ Tertio propter claritas= Paul.
tem. Nam galaxia circulus tunc eſt clarior: quando aura nocturna fuerit 3
frigidior ⁊ ſerenior: quia ſcilicet. conſtantia fidei tanto amplius clareſcit:
quanto aura perſecutionis vel frigus mundi tenebroſi magis contra eam
excreſcit: nam virtus in infirmitate perficitur. ¶ Quarto propter vtilita=
tem. Nam galaxia propter ſuam claritatem ⁊ ſerenitatem dirigit nauigan 4
tes ⁊ itinerantes de nocte. Similiter fides vera ⁊ conſtans dirigit naui=
gantes per mare mundi. Unde dicitur de filijs Iſrael ad Hebre.xi. Qđ Paul.
fide tranſierunt mare rubrum: tanquam per aridam terram. Et etiam fi=
des eſt viatorum directio: ne in tenebris ignorantie vel infidelitatis exor=
bitando pereant. Unde dicitur ad Hebre. 10. Initiauit nobis viam no= Paul.
uam: ⁊ poſt eum aſcendamus cum vero corde in plenitudine fidei.
¶ Quarta gratia gratis data: eſt gratia ſanitatum. Et hec aſſimilatur cir
culo artico ſiue circulo paralello ſeptentrionali: qui eſt diuiſio noſtre ter
re habitabilis a frigida. Dicitur enim paralellus. ideſt eque diſtans a pa=
ra: quod eſt iuxta: ⁊ lelle: quod eſt diſtans: equaliter enim diſtat ab alio
circulo auſtrali ſiue antarctico paralello. Hoc autem competit gratie ſani
tatum: quia omnis infirmitatis eſt equaliter ⁊ indifferenter curatiua: ⁊
non videlicet minus vnius ꝙ̃ alterius: quia innititur diuine virtuti: cui
nihil eſt impoſſibile: vel difficile. Non ſic autem de virtute medicine
create: que aliquas infirmitates curare poteſt ⁊ aliquas non: ⁊ rurſus cu
rabilium infirmitatum quaſdam tardius: quaſdam citius curat. Item iſte
paralellus dicitur ſeptentrionalis a ſeptentrione: quia eſt ex illa parte
vbi ille ſeptem ſtelle dicte Arcturus. Et iſte circulus ſeptem ſtellarum

ſignificat ſeptem modos: quibus gratia ſanitatis corporalis: in Euange-
lio legitur eſſe conceſſa: in quibus etiã ſignificantur ſeptem modi quibus
infirmitates ſpirituales curantur. ¶ Primo. n. legitur fuiſſe conceſſa gra
1 tia ſanitatis corporalis mediante oratione diſcipulorum. ſicut habet Luc. 4.
Luc. de Socru Petri febricitante: ꝙ diſcipuli rogauerunt illũ pro ea: ⁊ ſequitur ꝙ
ſtans ſup illã imperauit febri. Et ſimiliter ab infirmitate peccati curatur ho
Jacob mo per orationes iuſtorum. Jac. v. Oratio fidei ſanabit infirmũ: ⁊ alleuabit
2 eum dominus ⁊ ſi in peccatis ſit dimittetur ei. ¶ Secundo data eſt gratia
Luc. ſanitatis mediante conceſſione poteſtatis. ſicut Luc. 10. Dominus mit-
tens diſcipulos ad predicandum dedit eis poteſtatem vt langores curarẽt:
ſignificans ꝙ verbo predicationis curatur infirmitas peccatoris. Sapie.
Sapie 16. Sermo tuus domine ſanat omnia. ¶ Tertio ſanat ex precepti expreſ
3 ſione: ſicut dixit Centurio. Math. 8. Dic tantum verbo: ſcilicet precipien
do: ⁊ ſanabitur puer meus: in quo ſignificatũ eſt ꝙ obedientia ſanat mor
bos ſpirituales: ſpiritualiter: ſuperbie ⁊ negligentie: ſicut infirmus obe-
diens medico curatur corporaliter. ¶ Quarto appropinquatione: quia
4 qui ſic appropinquabant Chriſto vt eum tangerent: ſanabantur: Math.
Math. 6. Quotquot tangebant eum: ſalui fiebant. Jlle tactus pertinet ad acti-
5 uos vel ad imitatores Chriſti: qui etiam ſanantur ſpiritualiter. ¶ Quin
Luc. to manuum impoſitione. Luc. 4. At ille ſingulis manus imponens: cu-
rabat eos. Jſta manuũ impoſitio fit per penitentie abſolutionem. Uel ta
ctus manuum Chriſti: eſt flagellatio dei: que etiam expellit infirmitatem
peccati. ¶ Sexto aque lotione: ſiue ſit infirmitas cecitatis: ſicut dominus
6 miſit cecum a natiuitate vt lauaret: ad natatoria Syloe: ⁊ abijt: ⁊ lauit: ⁊
Joan. vidit. Joan. 9. Signans ꝙ cecitas ignorantie: tollitur per aquam ſapien-
tie. Siue ſit infirmitas lepre: ſicut dominus introducit de Naaman le-
proſo curato in lotione aque Jordanis. Nam lepra Naaman principis mi
litie Syrie: eſt corruptio in prelato: que curatur in deſcenſu humilitatis.
Jordanis enim interpretatur deſcenſus. Siue ſit quecunque alia infirmi-
Joan. tas: ſicut ſanabatur vnus qui primo deſcendebat in piſcinam. Joan. v. Et
iſta eſt lotio baptiſmi: vel penitentie: que omne peccatum purgat. ¶ Se-
7 ptimo curatur infirmitas vulnerum: alligatione: ſicut patet de Samari-
tano qui curauit vulneratum: vulnera eius alligando: vinum ⁊ oleum in-
Luc. fundendo. Luc. 10. Hec alligatio eſt iuſtitie exhibitio per correptionem:
in qua debet eſſe vinum mordens ⁊ oleum liniens: quia miſcenda eſt le-
Greg. nitas cum ſeueritate: ⁊ miſericordia cum iuſtitia: vt dicit Gregorius.
Jtem circulus ille paralellus: diuidit noſtram habitationem a frigida.
Habitabilis autem ſiue habitatio anime eſt in corpore: frigus autem
eſt qualitas mortificatiua. Unde per gratiam ſanitatum: habitabilis no-
ſtra: ideſt corporis noſtri natura: diuiditur a frigida: ideſt ſeparatur ⁊ li-
5 beratur etiam a morte: quia ſcilicet habentes hanc gratiam mortuos ſu-
Zodiac. ſcitant. ¶ Quinta gratia gratis data: eſt operatio virtutum: ideſt ſigno-
rum ⁊ miraculorum. Unde hec aſſimilatur Zodiaco circulo: qui dici-
tur eſſe circulus ſignorum. Nam miracula; que facultatem nature
excedunt

excedunt vocanẞ virtutes: q2 vero ſunt ad manifeſtandũ aliq̃d ſupnãle vocanẞ ſigna: pp excellentiã aũt dicunẞ portenta vel ꝓdigia quaſi ꝓcul aliquid oſtẽdentia. ¶ Sexta gratia gratis data: eſt ꝓphetia. Et hec aſſimilatur illi circulo dicto coluro ſolſtitiali: q incipit a polo ſeptentrionali ꝛ per Cancrũ ꝛ Capricornũ circulariter ꝓcedẽs iterũ redit ad ſuũ principium. 6
Nã ꝓphetia: vt dicit Grego. qñq3 incipit a preteritis. Sicut de ꝓphetia Moiſi p3: q ꝓphetauit de principio creationis rerũ. Qñq3 vero eſt de p̃ſenti occulto: qñq3 de futuro: ꝛ qñq3 a futuris redit ad p̃terita: ſicut exp̃ſſe p3 in libris ꝓphetarũ. Dr aũt colurus a colon ꝛ vri. i. mẽbrum ſylueſtris bouis. vt dicit Auctor ſphere. Colon. n. eſt membrũ: vrus v̇o: bos ſylueſtris dr. i. cauda. ſ. bouis ſylueſtris: q erigẽs caudã facit circulũ impfectũ. Unde colurus quaſi circulus impfectus. Nã ſicut dicit Apoſt. 1. Cor. 13. Ex parte cognoſcimus ꝛ ex pte ꝓphetamus. Uñ ꝓphetia imperfectionem h3. Grego.
¶ Septima gr̃a gratis data eſt diſcretio ſpũum: ꝛ hec aſſimilaẞ circulo horizontis: qui diuidit duo hemiſperia: hec aũt hemiſperia. ſ. inferius ꝛ ſuperius ſunt duo ſpũs. i. creator ꝛ creatus. Qui aũt habent hanc gr̃am diuidunt ꝛ diſcernunt: qñ id q̃d ſuggeriẞ vel inſpiratur eſt a ſpũ creatore. i. a ſpũſctõ: vel a creato. i. a ſpũ ꝓprio vel maligno. Uidẽt etiã ea que dñr quo ſpũ dicanẞ. Unde dr̃. 1. Jo. 4. Probate ſpũs: ſi ex deo ſint. ꝛ ibidẽ. Noli te omni ſpũi credere. Paul. 7 Horizõ. Joan.
¶ Octaua eſt gr̃a linguarũ: ꝛ hec aſſimilaẞ alteri circulo paralello. i. auſtrali: vel circulo antarctico. Nã paralellus (vt dcm̃ ẽ) dr̃ eque diſtãs: q2. ſ. habentes donũ linguarũ: oẽs linguas quantũcũq3 diſtantes ſiue differẽtes equaliter loquebanẞ: vt p3 de Apoſt. Act. 2. Sed hoc q̃d dixi equaliter: intelligendũ eſt q̃tũ ad ea que ꝑtinẽt ad fidei doctrinã: in qbus diuina gr̃a: nulla linguarũ diſtantia fuit Ap̃lis ignota: ſ3 quantum ad ea q̃ ſupra adduntur humana arte ad ornamentũ ꝛ eloquentiã locutionis: qlibet Apoſtolus inſtructus erat in ſua lingua: nõ aũt aliena. Unde Apoſtolus maiori facũdia viſus eſt in Epiſtola ad Heb. quã ſcripſit in ꝓpria lingua: quã in aliis quas greco ſermone ꝯpoſuit: ſicut ẽt in ſapia ꝛ ſcia fuerũt ſuffiẽter inſtructi: quã requirebãt in doctrina fidei: nõ autem quantũ ad oĩa que p ſciam acq̃ſitã cognoſcuntur: puta de cõcluſionibus arithmetice: vel geometrie. 8 Act.
¶ Nona gr̃a ẽ interp̃tatio ſermonũ. Et iſta aſſimilaẞ alteri coluro vel eqnoctiali: q2 ſe ſe tangũt: ꝛ iõ hic pro eodẽ habeatur. ſ. colurus ꝛ eqnoctialis. Qui quidẽ colurus per Librã in Arietem procedẽs: iterũ redit ad ſuũ punctum. Aſſimilaẞ aũt interp̃tatio ſermonũ coluro: q2 impfectionẽ h3: ſicut ꝛ ꝓphetia. Nam q ſcit interpretari vnũ: neſcit qñq3 interp̃tari aliud. Sicut Daniel interpretatus ẽ viſionẽ ſiue ſomniũ Nabuchodonoſor: ꝛ in alia viſione quã ipſemet habuit. dixit. Ego audiui ꝛ nõ intellexi. Daniel. 12. Et iõ interp̃tatio ſermonũ reduciẞ ad ꝓphetiam: inquantũ. ſ. mẽs illuminaẞ ad intelligendũ ꝛ exponẽdum que ſunt in ſermonibus obſcura: ſiue propter difficultatem rerũ ſignificatarũ: ſiue etiam ꝓpter ipſas voces ignotas que proferuntur: ſiue propter ſimilitudines rerum adhibitas ſecundum illud Daniel. 5. Audiui de te q̃ poſſis obſcura interpretari: ꝛ ligata ſoluere. 9 Daniel.

¶ Firmamenti Moralitas. Cap. 12.

Firmamentũ.i.octauũ celũ ēt ſignificat eccleſiã xp̄i: pp ſeptem.
ſ ¶ Primo q2 firmamentũ ſcd̄a die factũ recitat̄ Gen. 1. S3 ad
Gene. uerte ꝙ ſuppoſito ꝙ celum nō ſit de nã quatuor elementoꝝ: ſed
Ariſt. de nã quinte eēntie: vt ponit Ariſt. tūc nō pōt intelligi factũ ſcd̄a die quã-
tum ad ꝓductionē ſb̄e ſiue forme ſue ſb̄alis: q2 ſi mã corporaliũ p̄ceſſit tē
poris prioritate formationē ſuã (vt cōiter ſcti ponūt) tūc ſequeret̄ ꝙ ſi fir
mamentũ fuit ꝓductũ ſcd̄a die quantũ ad ſuã formã ſb̄alē: ꝙ materia fuit
primo ſub alia forma ſb̄ali: qd̄ eē nō potuit: q2 nã celeſtis cũ ſit incorrupti
bilis: h3 mã3 que nō alteri forme pōt ſubeſſe: vñ impoſſe eſt ꝙ ſit formatũ
ex mã prius tp̄e exiſtēte. Et iō ꝓductio ſb̄e firmamēti ad tp̄s creationis ꝑ
Diony. tinet: ſed aliqua formatio eius ꝑtinet ad opus ſcd̄e diei. Sicut ēt Diony.
dicit. 4. c. de diuinis noibus: ꝙ lumē ſolis fuit informe: in primo triduo:
⁊ poſtea fuit in quarto die formatũ. Et ſic pōt dici ꝙ firmamētũ fuit a prin
cipio creato ſm ſuã ſb̄a3: ſed ſcd̄a die ampliori formatiōe decoratũ ⁊ orna
tũ. Ita ēt eccleſia fideliũ fuit ab initio mūdi incboata. ſ. in primis parenti
bus vel ſm aliquos in Abel primo iuſto: l3 ꝑfecte formata ⁊ decorata fuit
ſcd̄a die. i. in tp̄e plenitudinis grē: qñ xp̄s venit ĩ mūdũ. Prima. n. dies. ſ.
totũ tp̄s precedēs fuerat nubiloſa. i. ſub caligine culpe: vel vmbra figuraꝝ
Paul. q2 p̄res nr̄i antiq oēs ſub nube fuerūt. vt dr̄. 1. Cor. x. Sed ſcd̄a dies fuit
luminoſa: ꝑ plenitudinē grē ⁊ ꝑ p̄ñtia3 xp̄i: q ait. Quãdiu ſu3 in mundo
lux ſum mūdi. Et iō prima die xp̄s fuit quaſi informis: ſub obſcuritate te-
Paul. nebraꝝ. Sed in ſecūda quaſi formatus in p̄ñtia ⁊ v̄itate. Heb. 13. Jeſus
2 xp̄s heri ⁊ hodie. ¶ Scd̄o q2 firmamētũ vocat̄ octaua ſphera. Nã ſub eo
ſunt ſeptē ſphere planetaꝝ: ⁊ ipſum ponitur octaua ſphera. Hoc autem
eccleſie xp̄i ꝯpetit: que octauã reſurrectionis vniuerſalis future expectat:
⁊ octauã diē. ſ. dñicã celebrat: ⁊ de octauis ēt ſctōꝝ cōmemorat. Septena
rius aūt numerus orbiũ ſeptē planetaꝝ ſub firmamēto: ad vetus teſtamē
lice dimicādi nutrit audaciā. Nemo facere metuit: qđ ſe bene didiciſſe ꝯfidit: ⁊
eni3 i certamine belloꝝ exercitata paucitas ad victoriā prōptior ē ꝙ̄ rudis ⁊ in
docta multitudo expoſita ſp ad cedē. Et nō parꝝ ꝓdeſt i dimicatiōe vti ꝯſilijs.
T. Li- Maiora ñ qdē ſiūt i bellis ꝯſilio ꝙ̄ armis. Narrat Titus Liuius li. 1. c. 2. qđ ē
uius. de explorādis ꝯſilijs hoſtiū. Qđ Emilius Paulus ꝯſul Romanus apud opi
dū qđdā dimiſur⁹ erat exercitū in q̄dā planitiē: ⁊ circūſpiciēs vidit q̄dā auiū
multitudinē ſubito excitatā a q̄dā ſylua ꝯſurgere: ⁊ ſtatim ꝯcepit ꝙ ibi fuerūt
īſidie. miſſis igiť exploratorib⁹ didicit ibi. x. millia armatoꝝ eē: vt Romāo exer
citui obuiaſſent: miſſis igiť ꝑ aliā viā militib⁹ eos circūdedit ⁊ ꝯfūdit. De hac
Julius. ſagacitate militis ēt. Refert Juli⁹ li. 6. c. 2. qđ dr̄ vel ē de iſidijs. Qđ qda3 rex
Carthaginēſiū hūit guerrā cū qbuſdā ꝺ Africa: q Carthaginēſib⁹ rebellabāt
ſunt illi de Africa auidi ad bibēdū vinū: qđ dux itelligēs viꝰ ē ꝯ eos tali cau
tela. Accepit multa dolia vini ⁊ miſcuit cū vino ſuccū herbe mādragore: q̄ qde3
Ariſt. herba ē multū ſomnifera ſicut docet Ariſt. 1. de ſom. ⁊ vigi. ⁊ ita bibētes reddit
inſenſibiles. Sic ḡ dimiſſis dolijs in tentorijs ſuis fugerūt. Africi ꝟo gauden
tes tētoria inuadūt: ⁊ inueniētes victualia cū vino in abūdātia inebriati ſunt: ⁊
dormiētib⁹ hoc explorās dux ꝑdictus de nocte eos iuaſit: ⁊ eos ſic voluit tru
Tullius cidauit. Dicit. n. Tulli⁹ i li. de ſenectute. Nō virib⁹ aut velocitatib⁹: aut celeri
tate corpis: res magne gerunť: ſ3 ꝯſilio auctoritate ⁊ ſcia. Et vt idē ait Tulli⁹
Idem. 1. de officijs. Scipio dicebat ꝙ turpe erat militē i bellis dicere: (ꝟ accidere non
putaui) ⁊ ſtultū ē cogitare ꝙ aduerſari⁹ nō cogitet) ꝑua nēpe ſunt foris arma
vbi ñ ē ꝯſiliū: vel ſi ꝯſilia ꝺſint domi. Et plus valuit aliqñ pꝛhorū ꝯſiliū i bellis
Prouer. ꝙ̄ vulnerauerit milites i armis. Hic Salomō Prouer. 24. dicit. Uir ſapiēs ⁊
fortis eſt: virq3 doctus robuſtus ⁊ validus: q2 cū diſpoſitione initiťur bellu3: ⁊
erit ſalus vbi multa conſilia ſunt. Ut aūt miles ſit ſagax ⁊ habeat veram mili
tie artē: debet q̄tuor intendere ⁊ procurare. Primū eſt ciuiū defenſio. Scđm
eſt hoſtiū expulſio. Tertium eſt patrie promotio ⁊ dilectio. Quartum dicetur

ducis ſeu principis exaltatio: quibus ditis vere poterit dici ſagax ꝛ vera facies
Martis: ꝛ ſic debit verã aſtutiã ꝛ prudentiã. Primũ ḡ qd̃ dꝫ intẽdere miles: ẽ 1
ciuiũ defenſio. Nã Neemie. 4. dr̃. Militib⁹ dñi magni ꝛ terribilis. Memẽtote Neemie.
ꝛ pugnate ꝓ fratribus veſtris: filijs ꝛ filiabus: ꝛ vxoribus vr̃is ꝛ domib⁹. Et
1. Mach. 3. Milites populi dei dixerũt vnuſqſqꝫ ad ꝓximũ ſuũ. Erigamus de Mach.
iectionẽ populi noſtri ꝛ pugnemus ꝓ populo nr̃o ꝛ ſctis nr̃is. ¶ Narrat Va
lerius li. 5. c. 6. Qd̃ Decius caput ſuũ ꝓ ſalute reipublice deuouit: ac ꝓtinus Vale.
cõcitato equo in mediũ hoſtiũ agmen: p̃rie ſalutẽ: ſibi mortẽ petẽs irrupit: fa
ctaqꝫ ingẽti ſtrage plurimis telis obrutus ſup corruit: ex cuius vulneribus ꝛ
ſanguine inſperata victoria emerſit. Refert etiã btũs Aug. li. 5. de ciui. dei. c. Aug.
18. Qd̃ miles quidã: vt cũ Porſena rege pax fieret: q grauiſſimo bello Roma
nos p̃mebat: Porſenam ipm decreuit occidere. Qꝛ vero Porſenã nõ potuit oc
cidere: ꝛ ꝓ eo alterũ deceptus occidit. In ardẽtẽ aram ante eius oculos: dexte
rã ꝓtẽdit dicẽs. Multos tales qualẽ ipm videret in eius interitũ ↄiuraſſe: cu
ius ille fortitudinẽ ꝛ ↄiurationẽ taliũ pborreſcẽs: ſine vlla dilatione ab illo facta
pace bello ↄpeſcuit. Sic ḡ milites cõſtãtiſſimi: vires ſuas ad ciuiũ ſuoꝝ agẽdaꝫ
defẽſionẽ ꝛ ſemetipſos exponũt morti. Laudabili⁹. n. ẽ eligẽtis tã ſtrenue mo
ri q̃ȝ ciuiũ ſuoꝝ videre oppſſionẽ. Hinc primi Mach. c. 3. dixit Judas ſuis mi= Mach.
litibus. Accingimini filij potẽtes ꝛ eſtote parati in mane vt pugnetis aduer=
ſus nationes has: q ↄuenerũt diſperdere nos ꝛ ſctã noſtra: qm melius eſt nos
mori in bello: q̃ȝ videre mala gẽtis noſtre ꝛ ſctoꝝ: ſicut fuerit volũtas in celo ſic
fiat. Scdm qd̃ miles dꝫ intẽdere: vt dicat̃ ſagax: aſtutus ꝛ prudẽs: ꝛ ſic ſit fa=
cies Martis: eſt hoſtiũ expulſio. Nec. n. pfecte defendit̃ ciuis q̃ȝ diu p patriam
vagat̃ hoſtis. primi Reg. 23. c. ſcribit̃. ꝙ egreſſi Phyliſtei oppugnabãt Cey=
la ꝛ aras diripiebãt. qd̃ cum audiſſet Dauid cõſuluit dñm dicens: nũ vadã ꝛ
percutiã phyliſtos iſtos: ꝛ ait dñs ad Dauid: vade ꝛ percuties phyliſteos ꝛ ſal=
uabis Ceyla. Et dixerũt viri q erãt cũ Dauid ad eũ. Ecce nos hic in iudea exi
ſtentes timemus: q̃ȝto magis ſi iuerimus in Ceyla aduerſuꝫ agmina phyliſtino
rum. Rurſum igit̃ ↄſuluit Dauid dñm: q rñdens ait ei. Surge ꝛ vade i Cey
la. ego. n. tradã phyliſteos in manu tua: qd̃ ꝛ factũ eſt. Bis ẽt alias debellauit
phyliſteos ꝛ expulſit de terris iſrael. ſicut ſcriptũ eſt. 2. Reg. c. 5. Ad hec nẽpe
ſignãter milites laborauere Romani: vt vꝫ a finibus ſuis hoſtes expellerent.
Uñ ſic recitat Oroſius li. 4. c. 36. Cũ Hãnibal taliter obſediſſet Romaꝫ ꝛ Oroſi⁹
Romanos debellaſſet: vſqꝫ adeo vltima deſperatio reipublice apud reſiduos de Hãni
Romanos fuit: vt Senatores de relinquẽda Italia ſedibuſqꝫ querẽdis ↄſiliũ bale.
in eundũ putarẽt: qd̃ ꝛ factũ fuiſſet: niſi Cornelius Scipio tribunus tũc mili
tũ idẽ q Africanus diſtricto gladio decreuiſſet: ac potius ꝓ p̃rie defenſione ꝛ
hoſtiũ expulſione in ſua verba iurare coegiſſet. Et vt hr̃. c. ſequẽti: cum pauca
gẽte Claudius Marcellus Hãnibalis exercitũ prelio fudit: primuſqꝫ poſt tã
tas reipublice ruinas: ſpẽꝫ fecit Hãnibalẽ poſſe ſupari. Et inferius. c. 41. po
nit̃ ꝙ vbi nõ viderũt Hãnibalẽ aliter expellẽdũ ab Italia: miſſus fuit Scipio
ad Hyſpaniã: ꝛ de hinc ad Africã: q taliter p̃riam Hãnibalis afflixit: ꝙ Hãni
bal in Africã redire iuſſus ẽ: ꝛ vt feſſis Carthaginẽſibus ſubueniret: flens re
liquit Italiã: quẽ inuictũ in Italia: Scipio deuicit in Africa. Nã poſtq̃ȝ Hãni

bal intrauit Carthaginē: colloquiū petijt Scipionis. vbi cū ſe diu attoniti ad miratione mutua: duo clariſſimi duces ſuſpexiſſent: infecto pacis negocio: pre liū cōſertum eſt: vbi Scipio victoriā adeptus eſt. Sic igit̄ pȝ ꝙ militis officiū eſt: arte vel ingenio hoſtes a patria valenter expellere. Nec hoſtiū metu pr̄iam relinquere. ¶ Tertiū ꝙ miles dȝ intēdere: eſt pr̄ie ꝓmotio vel augumētatio quātū iuſte pōt ⁊ ſcd̄m deū. Quilibet. n. miles dȝ q̄ntū pōt pr̄iaȝ amare: pr̄iaȝ ꝓmouere. et poſtponēdo pp pr̄iaȝ: tā ſe q̄ ſua. d̄ hoc ſſ̄ multa exēpla i Uale.

4 li. 5. c. 6. ꝑino de Genitio. Et li. 1. c. 3. de Camillo ⁊c. ¶ Quartum qđ dȝ mi

Policra les intēdere ex ſua ſagacitate: eſt ducis ſeu principis exaltatio. Dicit. n. Poli

tes. cratus li. 4. c. 2. Qđ maieſtas principis ē poſt deū ab oī milite diligēda. Cū legitimū qs accipiat ꝑncipatū: tāq̄ p̄nti deo fidelis eē dȝ cui ⁊ p̄ſtāda eſt deuo tio ⁊ impēdēdus ꝑ vigil famulatus. Talē ꝑncipis exaltationē ſtrenuiſſimus miles Joab opatus eſt erga Dauid dn̄m ſuū. Nā cū pugnaret Joab ꝯtra Ra bath filioꝝ Amon expugnabat Urbē regiā. Et miſit Joab nūtios ad Dauid dicēs. Dimicaui aduerſum Rabath ⁊ capiēda eſt vrbs aquaꝝ. Nūc igit̄ con grega reliquā partē populi ⁊ obſide ciuitatē ⁊ cape eā: ne cū a me vaſtata fue rit vrbs: nomini meo aſcribat̄ victoria. Cōgregauit itaq̄ Dauid oēm popu lū: ⁊ ꝓfectus ē aduerſus Rabath ⁊ vrbē cepit ⁊ regē. ſicut hʒ in. 2. lib. Regū.

Regū. Tantus aūt amor principis ſui dȝ ineſſe militibus: vt ipm̄ ſumme diligāt ⁊ ti meant: eiuſq̄ īperio: cū iuſta p̄cipit: īdeſinēter obediāt. Uale. li. 2. c. 2. refert d̄ Poſthumo q filiū poſthumū ſecuri feriri iuſſit: eo qꝛ abſq̄ ſcitu pr̄is auſus ē p̄liū cōmittē lȝ cū victoria. Et idē d̄ Mālio Torq̄to. vide ibi Uale. qꝛ pulchꝛe dicit. Ex q̄bus oībꝰ pȝ ꝙ miles vt ſit vera facies Martis: dȝ vti ſua ſagacitate ⁊ aſtutia atq̄ prudētia: ſic ꝙ primo ſit ciuiū defenſio. ſcd̄o hoſtiū expulſio. tertio pr̄ie ꝓmotio ⁊ dilectio. quarto ducis exaltatio. ¶ Quarto principaliter dixi

4 ꝙ Mars in termino Scorpionis influit veracitatē. Sic miles dȝ eſſe verax. vt. ſ. veritatē loquat̄ in ꝯſilijs: nō ficte nec palliate. Et cōſtantiā atq̄ fidelita tē oſtēdat ⁊ teneat in p̄lijs. Legit̄ de Hānibale ꝙ cū apud regē Antiochū ꝓ fugus moraret̄: ⁊ ſibi rex oſtēderet exercitū inſignibus aureis ⁊ argēteis flo rentē frenis ac phaleris p̄fulgentē. Rex gloriabūdus Hānibalē ꝓſperit ⁊ ait. Putas ne ſatis eē Romanis hec. Jlle ficte ⁊ acerbe eludēs ignauiā militū ar matoꝝ ait. Plane ſatis eē credo ⁊ ſi Romani auariſſimi ſint. Tūc Hānibal fi ctionibus veritatē occultauit. Rex. n. queſierat de numero exercitus ⁊ eſtimā da equeratione. ipſe vero Hānibal de preda reſpondit. ⁊ ſic ficte. cū. n. veritas ſit adequatio rei ad intellectū. quō poterit de milite princeps ꝯfidere: quē inue nit in ſermone mēdacē? Nēpe neq̄ verecūdat̄ in bello mētiri: q nec mētiri ve recūdat̄ in verbo. Cū igit̄ in quolibet ordinato p̄lio caſibus exponat̄ bonum reipublice: patrie ſalus: ꝑſona ꝑncipis triūphus ⁊ honoꝛ: ſimiliter ⁊ militis ꝑ ſona pugnātis: dȝ q̄libet miles tā rōne ſui q̄ rōne pr̄ie. principis ⁊ reipublice. nō adulatorie: nō ficte: nō deceptorie: nō palliate: ſed veraciter ⁊ fideliter atq̄ aperte dicere veritatē. Uarius eſt. n. euētus belli: ⁊ nūc hūc nunc illū ꝯſumit

Reg. gladius. ſicut ſcriptū eſt. Reg. 2. Hec aūt veracitas quā dicimus debere eē in bono milite: poſſet dici tenacitas. qꝛ miles dȝ eē tenaciſſimus in his q̄ viſa ſūtꝛ ⁊ merito qꝛ ſimilia ſimilibus gaudēt. Aſſimilat̄ veritas ꝑfecto militi. Debet

etia m

etiam miles cōſtantiā ⁊ fidelitatē tenere in prelijs. Nā fidelitas decus eſt ⁊ honor rei militaris. In tantū.n. req̄rit̄ in milite fidelitas vt apud antiquos ſine iuramēto fidelitatis: nemo nomē militis aut officiū ſortiret̄. Dicit.n. Tulli⁹ li. 1. de officiis. Qđ cū Pōpilius imperator vnā legionē dimitteret Catonis filiū: q in eadē legione militabat dimiſit. Et cū ille amore pugnādi in exercitu remāſiſſet. Cato ad Pōpilium ſcripſit. vt ſi pateret̄ in exercitu remanere: eū ſcđo obligaret ſacramēto. q2 priore amiſſo iure cū hoſtibus pugnare nō poterat. Formā aūt iuramēti militis ēt anteq̄ inſignat̄ cingulo militari. ponit Policratus li. 5. c. 6. dicēs. Iurant quidē milites ꝑ deū ⁊ xp̄m eius ⁊ ſpūm ſctūm ⁊ maieſtatē principis: ſe ſtrenue facturos quecūq3 p̄ceperit princeps: ⁊ nunq̄ deſerturos militiā: vel mortē recuſaturos pro republica cuius ſunt ꝯſcripti militie. Sic.n. aſtringunt̄ ad iſta ex aſſumpta militia: ⁊ ſi iſta nō dicāt explicite: nihilominus tenent̄ iplicite. Nō ſolū aūt tenent̄ eſſe fideles principibus fidelibus: ſed ēt infidelibus ꝓ republica iuſte pugnātib⁹ ſeu dimicantibus. Sicut p3 de ſacra legione Thebeoꝝ ſub imꝑatore Maximiano militāte: quos cū ad ꝑſequēdos chriſtianos Imperator mittere vellet. Rñderunt. Milites ſumus Imperator tui. ſed tñ p̄ter hoc qđ libere ꝯfitemur Ieſu3 xp̄m filiū dei. tibi militiam debemus. Illi innocentiam a te ſtipendiū laboris accepimus: ab illo vite exordiū ſumpſimus. Tibi (qđ ⁊ fecimus hactenus) adhuc parebimus. Meminimus nos ꝓ ciuibus potius q̄ aduerſus ciues arma ſumpſiſſe. pugnauimus ſemꝑ pro iuſtitia ⁊ pietate. ꝓ innocentū ſalute. Hec fuerūt hactenus nobis p̄cia periculoꝝ ⁊c. Ad hāc aūt fidelitatē declarādā in milite multa ſolēnia fieri ꝯſueuerūt i militum creatione. Nā in aliq̄bus locis balneant̄. vt oſtēdat̄ q̄ debent lauari ⁊ mūdari a vitijs ⁊ pctis: ⁊ in bonis opibus renouari. Per principem accingunt̄ cingulo militari: vt oſtendat̄ q̄ accinti ⁊ parati debent eē ſemper pro reipublice defenſione. Calcaria deaurata ſibi ponunt̄ in pedibus: vt oñdat̄ q̄ oēs ſui affectus debēt eē relucētes ⁊ clari. Gladiū militarē offerūt in altari: ⁊ oblatū oblatione redūnūt. vt oñdat̄. q̄ deo debēt primū gradū militie ſue. Hinc Seneca. epla. 95. Pᵐ militare vinculū eſt religio: ⁊ ſinguloꝝ amor: ⁊ deſeruiēdi nephas. Fidelitas g̊ militis d3 eē i defendēdo ſe ⁊ alios ab hoſtiū ꝑiculis. Qm̄ quotiēs milites adinuicē ⁊ p̄ncipi fideles fuerint: nullus hoſtis eis nocere poterit. Nā Prouer. 18. dr̄. Eſt fr̄ q adiuuat̄ a fr̄e q̄ſi ciuitas firma: ꝓ certo fidelitas i exercitu facit q̄ exercit⁹ difficile frāgit̄. Dicit Salo. Eccl. 4. Funicul⁹ triplex difficile rūpit̄. fidelitas g̊ facit hoīe3 iuictū. pp̄ h̄ Apoc. 2. dr̄. Eſto fidelis vſq3 ad mortē ⁊ dabo tibi coronā vite. Cōſtat āt q̄ nō coronāt̄ victi ſ3 victores. vt dicit btūs Maxim⁹ i ſmone cōi. Corona ṽo victoribus dat̄. Scriptū ē.n. 2. Reg. 22. Dauid fuit fideliſſim⁹ Saul regi ſuo: dū adhuc ſub eo militaret. Dr̄.n. ibi ad Saul. Quis in oibus ſeruis tuis ſicut Dauid fidelis ⁊ ꝑgēs ad ipiū tuū ⁊ glioſ⁹ i domo tua. Hic aūt pp̄ fidelitatē ſp̄ iuictiſſim⁹ fuit. pp̄ qđ cū occidiſſet Goliā. cātabat̄ i choro đ ipo Saul pcuſſit mille: ⁊ Dauid. x. millia. ēt. 2. Reg. 18. hr̄. q̄ Dauid ꝓ. x. millib⁹ reputabat̄. Sic g̊ p3 q̄ nihil p̄ncipi ſic amabilē reddit militē ſicut fidelitas: q̄ ⁊ ip3 corona dignū efficit. vñ dicit Vege. li. i. đ re mili. c. 1. Nulla alia re videm⁹ ppl̄m Romanū orbē ſubieciſſe terraꝝ: niſi armoꝝ exercitio: diſciplinaq3 caſtroꝝ vſuq3 militari: q̄ plāe ſi fuiſſet

Tullius
Policratus.
Solennia q̄ fiūt in milite
Seneca
Prouer
Eccle.
Apoc.
Maximus
Reg.
Vege.

niſi militibus fidelitas tāta viguiſſet. vt iugiter p īgenia mirabilia nouos bel
landi modos adinueniſſent. Et ſic ex oībus ſupradictis pʒ ꝙ miles dʒ eē tot⁹
martialis(ſicut eſt Scorpio.)qꝛ dʒ hre audaciā in aggrediēdo. viuacitatē .i.
fortitudinē in cōgrediēdo. Sagacitatē aſtutiā ꝛ prudētiā in pmeditādo. Ue
racitatē: ꝯſtantiam ꝛ fidelitatem in perſeuerando: ꝛ ſic agendo ꝛ iuſte pugnan
do: per portam militarem intrabit in regnum celorum.

¶ De Milite Moralitas. Cap. 25.

Ue aūt dicta ſunt ſupra de milite tpali ſiue corporali, poſſunt ēt ītelligi
q de milite ſpūali. Qm̄ vt dr̄ Job. 7. militia ē vita hoīs ſup terrā. Qꝛ ꝓ
regno celoꝝ dʒ qlibet hō militare ꝯtinue cōtra diabolū: mūdū: ꝛ carnē.
Et primo dʒ hre audaciā i aggrediēdo bōa opa difficilia: ēt martyriū ſi fuerit
neceſſariū ꝓ fide: dʒ ēt hr̄e viuacitatē ꝛ fortitudinē i reſiſtēdo tētationib⁹: qꝛ
eccleſia cātat. Eſtotes fortes in bello ꝛ pugnate cū antiquo ſerpēte ꝛ accipietis
regnū eternū. Dʒ ēt hr̄e veracitatē ꝯſtātiā ꝛ fidelitatē: qꝛ dʒ in veritate ꝛ non
ficte ambulare corā deo in fidelitate: qꝛ ſine fide ipoſſibile ē placere deo: ꝛ con
ſtantia qꝛ q ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluus erit. Et qm̄ multa dicta ſūt de
arte militari ꝛ de milite: nō incōgrue hic tres qōnes martiales ꝛ bellice decla
1 rabunt. Prima qō eſt. ¶ Quero de q̄ patria ꝛ de qua arte ſunt meliores mili
Vege. tes ꝛ bellatores. Pro declaratione. Sciēdū ꝙ ꝓut ponit Uegetius in li. de re
militari. De pte orīētali nō ſunt pugnatores boni: qꝛ pp nimiū calorē ſolis ha
bent modicū de ſanguine: ꝛ iō ſunt timidi: qꝛ illud modicū qd̄ habēt timēt per
dere: pp qd̄ ad pugnā nō ſunt apti. Sʒ nec de parte occidētali ſunt apti: quia
valde abundant in ſanguine: ideo ſunt nimis ſagaces. Sed de medio inter
orientē ꝛ occidētē ſunt meliores: qꝛ nō deficiūt valde in ſanguine: iō nō ſūt ni
mis timidi: nec valde abūdāt: ꝛ iō nō ſunt vltra modū prōpti. Et iſti oēs ſunt q
bitāt iter occñtē ꝛ ſeptērionē illius ptis q̄ dr̄ Europa: vt ſūt Britones: gallici:
Germanici: Teutbonici q appropinquāt ad Italiā. Cōſtātinopolitani: Hy
ſpani: ꝛ oēs Italici. Et hoꝝ medij ſunt meliores. ſ. Romani. Uñ nunq̄ fuit
gēs q̄ p̄eſſet toti orbi ſicut Romani. ¶ Scdo videndū ē de q̄ arte. ſunt melio
2 res bellatores. Ubi dico ſcđm eundē Uegetiū. Qd̄ de robuſtiori exercitio: vt
Vege. ſūt Fabri: Ferrarij: Malleatores: Macellarij: Uenatores Aproꝝ: Ceruoꝝ ꝛ
Urſoꝝ. Sʒ nō de arte delicatiori: vt ſunt Sutores: Barbitonſores: Piſcato
res: Aucupatores. Et rō eſt: qꝛ illi ſunt aſſueti in maiori labore. iō nō timēt ꝑ
cutere ꝛ arma portare. Iſti aūt nō tāgunt niſi acū: raſoriū: ancipitrē: vel amū:
ꝛ nulla ē ꝯuenientia inter acū ꝛ lanceā: rhete ꝛ loricā. Exēplū hic cadit de Da
Reg. uid q iterfecerat Leonē ꝛ Urſū: iō nō timuit Goliā. 1. Reg. 17. Ubi ſciēdū
ꝙ hoc qd̄ dctm̄ eſt de pugna corporali: pōt ēt intelligi de pugna ſpūali. Et pmo
de pria. Uñ p orīētales pñt ītelligi hoīes q ſolū ſunt ſenſuales ꝛ voluptuoſi:
qꝛ a ſenſu orit̄ oīs nr̄a cognitio: q nō ſunt boni in pugna ſpūali: qꝛ nimis dedi
ti mūdo timēt pdere ꝛ dimittere bona q̄ habēt pp deum: ꝛ ideo timidi: ſicut il
Luc. li q in tpe credūt: ꝛ tpe tētationis recedūt. Luc. 8. Et iſti hñt ſigna orientaliū
nationū: puta Ethyopū. eo. n. ꝙ Sol circuit ſup capita eoꝝ ſunt nigri: in crini
bus criſpi: in cute aſperi: in mēbris oībus tenues ſeu macilēti. Ita iſti mūda
Baruc. ni: qꝛ ſunt nigri p remorſum ꝯſcie. Baruch. 6. Nigre ſunt facies eoꝝ a fumo q

in domo

in domo fit.i.p ꝯicla3 pturbatã. Criſpi in capite pp appetitũ auaritie. Amos Amos.
9. Auaritia.n.eſt in capite oium. Aſperi pp dolũ inuidie. Nequã.n.ẽ oculus
inuidi. Eccle. 14. Macilẽti in cute: pp inſaturitatẽ miſerie. Similant.n. illis Eccle.
bobus q̃ emergebãt de fluuio fede cõfecteq3 macie ꝛ paſcebant in ipſa amnis
ripa.i.mũdi p̃cipitio. Gene. 41. Et iſti nõ ſunt boni in pugna. Sed nec illi Gen.
de occidẽte.i.q in itellectu ſunt curioſi: qꝛ intellectu terminat cognitio. eo ꝙ
nimis prompti ꝛ de ſe confidentes: labunt in errores ꝛ tradunt in reprobũ
ſenſu3: q dicẽtes ſe eẽ ſapientes ſtulti facti ſunt. Ro. 1. Et iſti hñt illa ſigna oc Paul.
cidentaliũ nationũ: qꝛ ſunt in corpore alti: in prole fecũdi: in facie pulchri: i co
meſtione intẽperati. Ita iſti ſapiẽtes mũdi ſunt alti in mẽte p ſupbiã: fecundi
in ꝓle p laſciuiã. Amos. 6. Dormitis in lectis eburneis: ꝛ laſciuitis in ſtratis Amos.
veſtris. In facie pulchri pp vanã gloriã. In cõmeſtione intẽperati pp gulam.
Qꝛ deus eoꝝ vẽter ẽ: ꝛ gloria ipſoꝝ i cõfuſione. ad Phili. 3. Et qꝛ neq3 ab oriẽ Paul.
te neq3 ab occidẽte ſunt boni pugnatores. Boni ḡ erũt illi q ſunt i medio: qꝛ
virtus in medio ꝯſiſtit. Et iſti nõ ſunt timidi: ſicut oriẽtales: qꝛ nõ timent pp
deũ pati tribulationes ꝛ anguſtias nec ẽt mortẽ. neq3 ſũt nimis p̃ſumptuoſi
ſicut occñtales: qꝛ timẽt deũ vt filij. Et retinẽt iſti ſigna media.i. gẽtiũ de Eu
ropa: qꝛ ita in aïs ſicut in corporibus habẽt tpantiã. nõ.n. ſunt furioſi nec re
miſſi. ſ3 ſunt liberales ꝛ magnanimi: ꝛ nolunt cõiter ſubijci: ſed oẽs eẽ liberi.
Ita debẽt eẽ milites xp̃i: qꝛ nõ furioſi p irã: neq3 remiſſi p accidiã: ſ3 liberales
per charitatẽ: ꝛ magnanimi p ſpem ꝛ fidẽ: ꝛ volũt eẽ liberi: pp ſctitate3: qꝛ vir
ſctũs iudicat oia ꝛ ipſe a nemine iudicat. 1. Cor. 2. Propter qđ Apoſtol. ad
Ephe. 4. admonet dicẽs. Eſtote iuicẽ benigni: miſericordes: donãtes iuicẽ: ſi Paul.
cut ꝛ deꝰ i xp̃o donauit vobis. Eſtote ḡ imitatores dei ſicꝫ filij chariſſimi ꝛ ãbu
late i dilectione ſicut ꝛ xp̃s dilexit nos. ¶ Scdo dõm ẽ de quo exercitio ſunt
meliores pugnatores: ꝛ vt dicebat de exercitio robuſtiori. Iſti ꝓprie pñt dici
religioſi: q magis apti ad ſpũale bellũ ꝗ͂ mundani: qꝛ ipſi quotidie ſunt i exer
citio pnie. Pñt.n. dici Macellatores ꝓprie carnis p obedientiã. Malcatores
pp penuriã. Uenatores Urſoꝝ ꝛ aproꝝ pp pctõꝝ ꝯiciam: qꝛ oi die venant ſi
ue cõfitent ꝓpria delicta. Hoies aũt ſeculares ſunt delicati: ignorãt.n. ciliciũ
ſilẽtiũ: ieiunia: ꝛ capitula culpaꝝ. raro cõfitẽtes in anno: imo aliq in tota vita
ſua: ꝛ nõ ſunt boni in pugna ſpũali. Nõ eſt tñ dicendũ ꝙ de ſecularibus non
ſint aliq boni: ꝛ de religioſis multi mali: ſed quo ad ſtatũ in quo ſunt: magis
ſũt apti ad ſpũalẽ pugnã religioſi ꝗ͂ layci: ſiue ſeculares. Habemus ḡ de qua
patria ſunt meliores bellatores: qꝛ de mediõ terre: eo ꝙ debẽt eſſe ſolliciti ſine
pigritia. Roma. 12. Sollicitudine nõ pigri. humiles ſine ſupbia. qꝛ deus ſup Paul.
bis reſiſtit hũilibꝰ ãt dat gr̃as. 1. Petri. 5. Cõfidẽtes de dei miſericordia ꝛ eru Petri.
beſcẽtes de ꝓpria culpa. qꝛ deus iuſtus ꝛ miſericors ẽ. Iuſtꝰ (iquã) penitere
nolẽtibus: in puniẽdo: ſ3 miſericors ꝯfidẽtibus de miſericordia ꝛ erubeſcẽtis
bus de culpa. Habemus ẽt de quo exercitio. qꝛ.ſ. de obediẽtia i religione. 1.
Regum. 15. Melior eſt obedientia ꝗ͂ victima. Reg.

¶ Qõ ſecunda Martialis ſiue bellica. Cap. 26.

Ueſtio ꝯſueuit de pugnatoribus ꝓponi talis. Qui ſint meliores ꝛ ap
q tiores ad bellã: ruſtici: an ciues vel vrbani? Et p ſolutione huius qõnis

ſic eſt agendū. Primo oñdere aptitudinē ruſticoꝝ quā habēt ad pugnā. Se-
cundo nobiliū bonitatē q̄ ꝯſueuit inducere victoriā. ¶ Tertio determinare du-
1 biū ⁊ qōnē ꝑ diuerſam mā3. ¶ Primo dōm ꝙ ruſtici multum videnꝭ ad pu-
gnā apti. Nā aptitudo pugnatoꝝ ē in ſufferre victus parcitatē: q̄etis aſperita
tem: vigoris ſtabilitatē: mēbroꝝ habilitatē ⁊ mobilitatē: mortis impauitate3:
⁊ pōderis aſſiduitatē. Hec aūt oīa habēt ruſtici melius q̄ nobiles: q2 defect⁹
victus melius ſufferūt cū plurimū groſſo pane ⁊ aqua veſcanꝭ. quietis aſperi-
tatē: cū in cāpis ⁊ male dormiāt: vigoris ſtabilitatē cū duriores ⁊ robuſtiores
appareant: membrorum mobilitatem: q2 quotidie terram ligonizādo: ⁊ ar-
bores incidēdo laborāt. mortis impauitatē: q2 modicū de vita curant: pōderū
aſſiduitatē: q2 lapides ligna ⁊ multa alia portāt: ꝑ hec oīa maxime videntur
Veget⁹ apti ad pugnā. Vñ Vegetius dicit. Miramur poſſe dubitari aptiorē armis
2 eē ruſticā plebē. ¶ Propter ſcḿ ſciēdū ꝙ in pugna duo maxime ſunt neceſſa
ria. ſ. abhorrere fugā: ⁊ habere ꝓuidētiā. hec duo magis ſunt in nobilib⁹. Q2
Phs. cū ipſi appetāt honorari: ne vilipēdanꝭ abhorrēt fugere. vñ dicit Phs. i. Ethy
coꝝ. Qd̄ hoc fecit Hectorē audacē. dicebat. n. Si de pugna fugiam: Polomi
das mihi redargutiones ponet. ſic p3 ꝙ Dyomedes factus ē ſtrenuus: q2 di
cebat: ſi in bello terga vertā. Hector cū cōcionabiꝭ cū Troianis dicet. A me de
uictus ē Dyomedes. Prudētia ēt ⁊ aſtutia ē valde opportuna. nā aliquotiēs
plus facit vna aſtutia q̄ fortitudo magna: ⁊ nāliter nobiles cōiter ſūt ſagaces.
Vñ Romani ſp meliores ⁊ nobiliores mittebāt ad expugnādos hoſtes: ⁊ iō
victoriā obtinuerūt in toto mūdo: ⁊ hoc ꝑ bellatoꝝ prudētiā ⁊ bellādi expe-
rientiā. Nā vt dicit Vegetius. qd̄ ꝓfuiſſet paucitas Romanoꝝ aduerſus mul
titudinē Hyſpanoꝝ: cōtra dolos Africanoꝝ: ⁊ prudētiā grecoꝝ: niſi ꝓus fuiſ
ſent exercitati in armis: ⁊ magnā habuiſſent bellādi induſtriā. S3 induſtria3
⁊ exercitationē armoꝝ magis hñt nobiles q̄ rurales: ḡ magis apti ad pugnā.
3 ¶ Propter tertiū vero dōm ē: ꝙ hāc qōnē op3 ſolueꝭ ꝑ diuerſam mā3. Nā
duplex ē bellū. ſ. equeſtre ⁊ pedeſtre. In bello equeſtri nobiles ſunt meliores
ruſticis: ⁊ q̄uis aliqñ nō ſint ita fortes: eques tñ ſupplet defectū fortitudinis.
In pedeſtri vero pugna ruſtici ſunt meliores: q2 melius ſufferūt labores: oēs
tñ ſimul optime pugnāt. Vñ legiꝭ. Qd̄ cū Hoſtilius Flaccus Capuā obſi-
deret: ⁊ eq̄tes Romani nullo mō poſſent Capuanis equari: de ꝯſilio centuriꝭ
noīe Remi: ruſtici pedites iuuenes tñ ⁊ leues cū eq̄tibus mixti ſunt: q cū telis
⁊ magnis gladijs equos inimicoꝝ vulnerauerūt. Vñ Capuani reſiſtere non
potuerūt ⁊ iō de eis Romani glorioſam obtinuerūt victoriā. ¶ Spūalr ⁊ mo
raliter loquēdo: ꝑ iſta duo gña pugnatoꝝ intelligo duo gña catholicoꝝ. Nam
aliq̄ ſunt actiui ⁊ aliq̄ ꝯtēplatiui. Actiui aſſimilanꝭ laboratoribus: ⁊ contēpla
tiui nobilib⁹. Primo actiui aſſimilanꝭ laboratoribus: q2 quotidie exercitātur
in laboribus corporalibus ⁊ miſericordie operibus. Nā paſcūt famelicos: ve-
ſtiūt nudos: recipiūt peregrinos: viſitāt īfirmos: ⁊ redimūt captiuos. Oīa iſta
Eccle. ſunt opa practica. Et iſti ſequunꝭ ꝯſiliū ſapiētis. Ec. le. 9. Qd̄cūq3 pōt manus
Paul. tua iſtāter opare: ⁊ ēt Apli exēplū. 1. Cor. x. Uſq3 in hāc diē exurim⁹: ſitim⁹
Paul. ⁊ colaphis cedimur: ⁊ laboramus manib⁹ nr̄is. Et. 1. Tim. 1. Inter vos gra-
tis nō māducamus panē ab aliquo: ſ3 in labore ⁊ fatigatione nocte ⁊ die labo
rantes. Et iſti cū adiutorio gr̄e diuine carnis vitia ſuperāt. qd̄ ſignatū ē in il

lis tribus

iis tribus pueris miſſis in fornacē ignis.vt legit̄ in Daniele. Nā actiui ſunt in fornace carnis: vbi ē vitioꝝ flāma: ſ3 cū diuino adiutorio ſignato p angelū illeſi ſunt ꝯſeruati. Scdo ꝯtēplatiui aſſimilant̄ nobilibus: quoꝝ ē more nobiliū p̄cipere ⁊ ordinare ⁊ mādanis negocijs ſe nō intromittere vel iplicare. Jō Jetro ꝯſuluit Moſi: q2 erat ꝯtēplatiuus eo ꝙ deo loquebat̄: vt terrenis negocijs populi: ſtulto labore nō deſeruiret ſ3 ſolū in his q̄ ad deū ptinebāt p̄eſſet. Exod. 18. Hec duo gña boīum veniūt ad ꝯſtructionē ciuitatis dei: qđ figuratū eſt. Neemie. 4. Ubi dr̄ ꝙ pars populi faciebat opus: ⁊ pars alia cuſtodiebat: ⁊ cū armis defendebat. Per faciētes opera intelligunt̄ actiui: p faciētes cuſtodiam intelligunt̄ ꝯtēplatiui. Ambo iſti edificāt Hieruſalē: illi manibus operando: iſti oꝛonibus cuſtodiēdo: ⁊ iniūctionibꝰ oꝛdinādo. Jſta duo regnūt in pugna ſpūali. q2 vt hr̄ Math. 17. iſtis duobus oſdit xp̄s gloriā ſuā. Nā trāſfiguratione ſua facta in mōte: vbi in coꝛpoꝛe gloꝛificato apparuit. prīmo aſſumpſit actiuos. ſ. Petrū Jacobū ⁊ Joānē: q ſignificāt actiuos: ⁊ ſunt tres ad ſignādū tres ſtatus in eccleſia. ſ. ꝯiugatoꝝ per Petrū: ꝯtinentiū per Jacobū: ⁊ virginū per Joānē. Scdo aſſumpſit ꝯtēplatiuos. ſ. Moſen ⁊ Heliā: iſti ſignificāt ꝯtēplatiuos: q2 ambo nō coꝛpaliter ſ3 ſpūaliter viuebāt. Moſes cū deo facie ad faciē ē locutꝰ ⁊ legē ab eo accepit ⁊ ipā3 pplo tdidit: vl̄ docuit. Helyas ēt mōtē dei Oreb aſcēdit: vbi ſibi locutꝰ ē deꝰ: ⁊ ſacerdotes ⁊ regē reprhēdit ⁊ monuit: vt p3. 3. Reg. 17. Et ſic p3 ꝙ tā actuí q̄ꝫ ꝯtēplatiui apti ſt̄ ad pugnā ſpūalē: q2 āboбꝰ oſdit xp̄s glia3 ſui coꝛpis. ¶ 3ª Qđ Martialis ⁊ Bellica. Ca. 17.

Ueſtio tertia bellica: cū ſint duo modi feriendi in pugna. ſ. ceſim ⁊ punctī3: qs melioꝛ ē modus feriēdi? Rñdeo ꝙ melius ē eligere modū feriēdi pūcti3 q̄ꝫ ceſim. q2 pcutiēdo ceſi3 op3 multa arma icidere: ⁊ pūcti nō niſi q̄ꝫtū ē pūcta lācee vel cultelli: pcutiēdo ēt ceſim op3 magnā plagā facere ⁊ multū de oſſibꝰ ⁊ carnibꝰ icidere ad hoc ꝙ plaga ſit moꝛtalis. S3 pcutiēdo pūctim p̄t ſufficere plaga viñꝰ vncie. Alia rō ē: q2 pcutiēdo ceſim plus laboꝛat̄: ⁊ hoſtis p̄t ſe meliꝰ defendere: q2 plus valet p̄uidere: ſ3 pcutiēdo pūctim nō ē laboꝛ: niſi tenē lāceā ⁊ ipingere: ⁊ hoſtis nō p̄t ita ſe defēdere. Eſt ēt alia rō. Q2 pcutiēdo ceſi3: hō eleuādo bꝛachia p̄t meliꝰ offendi ab hoſte coꝛdato. vt ſb̄ brachijs ⁊ pectoꝛe vbi fiūt mōtales plage. ſ3 pcutiēdo pūcti nō p̄t ita ledi: imo ipſe ledit. Sic ſpūaliter pugnādo cū diabolo pūcti3. ſ. ex oppoſito dire cte pcutē debemꝰ. q2 ipſe ſupbꝰ ē ⁊ nos i hūilitate fūdamur. Hoc āt facē ē pūcti diabolū vulnerare q2 nl̄la alia v̄tute diabolꝰ magis offēdit q̄ꝫ p hūilitatē. Nā vt dic Ugo de. s. Victo. Si ieiunas ipſe h̄ nō metuit. q2 nūq̄ꝫ cibū ſumit. ſi vigilas: h̄ nō timet: q2 nunq̄ꝫ ſomnum capit. Si caſtitatem ſeruas hoc non timet: quia nunq̄ꝫ feminā cognouit. Sed ſi humilitatē ſeruas: hoc vehemēter expaueſcit: q2 hoc ſuas i terris: qđ ipſe i celo obſuare ꝯtēpſit: ⁊ ſic p3 ꝙ meliꝰ ē pūcti3 ferire q̄ꝫ ceſim.. ſ. ex oppoſito directe 3 vitia ⁊ pctā. 3 ſupbiā ſumē hūilitatē. 3 gulā accipe abſtinētiā ⁊ ieiuniū: 3 luxᵉᵐ oppone caſtitatē ⁊ ꝯtinētiā. Et ad h̄ p̄t aptari ⁊ figurari pugna ⁊ victoꝛia quā fecit Dauid 3 Goliā. d qᵒ dr̄ ſiñalr̄. 1. Reg. 17. Qđ cū pp̄ls iſraeliticꝰ ꝯmitteret bellū 3 phyliſteos: iter qᵒs erat qdā gigas Golias dictꝰ: ⁊ ñ iueniret̄ q poſſet 3 eū pugnare. Rex ꝓclamari fecit ꝙ ſi qs pugnaret 3 eū ⁊ vinceret: ꝙ ditaret eū magnis diuitijs: ⁊ daret ſibi filiā ſuā i vxoꝛē: ⁊ eum traderet libertati. Hec audiēs Dauid dixit ſe velle cum eo pugnare

Exod.
Neemie
Math.
Ugo
Figura.

ble:auaritie: ⁊ luxurie: debemus diabolū ferire triplíciter per tres virtutes cō
trarias.ſ.humilitatē:paupertatē: ⁊ caſtitatē:hoc autē facere poterimus ſi cō-
ſideremus paſſionē xpi ⁊ vitā:q nobis dedit exemplū de virtutibus p̄dictis.
Nā de ipſius humilitate ipſemet dicit Mathei.2.Diſcite a me q mitis ſuȝ ⁊ hu
milis corde.De paupertate Mathei.8.Vulpes foueas habēt: ⁊ volucres celi Math.
nidos:filius aūt hoīs nō hēt vbi caput ſuū reclinet.De puritate pȝ: q̄ caſtiſſi Math.
mus fuit: ⁊ de virgine naſci voluit:exēplo igiť xpi vt dictū ē pugnare debem⁹
modo ſupradicto:q̄ ꝯtraria ꝯtrarijs curātur: ⁊ ſic punctim inimicū feriemus.
Nota tñ ꝙ ſunt aliqui qui nō ſunt ad bellandū apti: ⁊ iō licentiaņť ab exercitu
pugnatorū:hoc aūt fuit ſentētialiter ſignatū.Deutero.30. Vbi dr̄ ꝙ dn̄s p̄ce Deuter.
pit Moſi qñ exibat ad bellū cōtra hoſtes ꝙ deberet facere proclamari : ꝙ ille q
edificauerat domū nouā: ⁊ q plātauerat vineā nec fecerat eā cōem: ⁊ q vxorem
deſponſauerat: ⁊ q erat formidoloſus ⁊ corde pauidus:oēs iſti debebāt reuer
ti ⁊ nō ire ad p̄liū. Vbi nota ꝙ p hoīem edificantē nouā domū:intelligiť dedi
tus pctō ſupbie:nā ſupbia generať i magnis pallatijs. Vñ dicebat Nabocdo
noſor Rex Daniel.4.Nō ne hec eſt Babilon ciuitas magna quā edificaui in Daniel.
robore fortitudinis mee: ⁊ in gloria decoris mei:p illū q plātat vineā ⁊ nō facit
eā cōem itelligiť deditus pctō auaritie:nā auar⁹ nō vult bona ſua alteri cōica
re:p illū aūt q deſponſauerat vxorē intelligiť deditus deſiderijs carnis : q̄.1.
Corint.7.q cū vxore eſt:ſolicitus eſt q̄ ſūt mūdi:quō placeat vxori ⁊ ſic diuiſus Paul.
eſt:p formidoloſū ⁊ corde pauidū intelligiť q̄libet q pp timorē nō audet aggre
di aliqđ opus difficile:puta ieiunare ⁊ hmōi. Signanter aūt dr̄ ꝙ oēs p̄dicti
debebant ad domū reuerti:ne alios i fugā verterēt:q̄ dediti p̄dictis vicijs nec
pugnare poſſunt vt vincant: ⁊ ſuo modo exemplo multotiens alios debilitant
⁊ offendunt.Tales autē non merenť coronā:q̄ ſecundū Apl'm.1.Thi.2. Paul.
Non coronabitur niſi qui legittime certauerit.

¶ De Sagittario Realis deſcriptio. Cap.28.

ſ Agittarius:q ⁊ Chiron: caput hȝ verſus boreā : reſpicit Scorpionē:
Sagittā ⁊ arcū tenet: arcus tāgit manū ſiniſtrā ⁊ pedē ſiniſtrū:rectus
oriť: ⁊ p̄ceps occidit.Et hȝ ſtellas.19.paruiſibiles:q̄rū diſpoſitio ſic po-
niť.In capite hȝ duas:in arcu duas:in latitudine acuminis ſagitte duas:in ſi
niſtro cubitu vnā:in manu dextera vnā:in ventre tauri vnam:bene claram:in
ſpino dorſi duas:ſub cauda duas:in quolibet pedū anteriorū vnā:ſub crurib⁹
ſunt ſeptē:ſed parue:quare raro videnť: ⁊ niſi qs habeat viſum acutū eas vide
re nō pōt. Jaculū qđ eſt ſub ventre beſtie inter oēs pedes hēt ſtellas quatuor
In ſummo vnā bene lucidā:in medio vnam paruam ⁊ obſcurāȝ:in pēnis duas
.ſ.in quolibet latere vnā. Natus in eo ſigno habebit fortunaȝ ⁊ infortunium
in omni per ſimilitudinem vt ſagitta.Et vt dicit Alcabitius.Qui natus fuerit Alcabi.
ſub prima facie Sagittarij erit pulchre ſpeciei decorus aſpectu : recte ſtature:
diligens bonum regibus ac magnatibus ſe cōmiſcens.Natus ſub ſecunda fa-
cie corpus habebit condecens:facies tamen eius crocea ſupercilia compreſſa:
⁊ habebit ſignum in pectore.Natus ſub tertia facie:erit longus:pulcher facie
oculi eius murilegi:pectus latum: ⁊ habebit ſignum in ſiniſtro crure: ⁊ hec eſt
forma ſui aſpectus in celo.



De Sagittario prima Moralitas. Cap.29.

ſ

Agittari⁹ ƀʒ Wilabelē: ē ſignū igneū: maſculinū: mediocre: diurnū: exaltatio caude in tertio gradu: domus Jouis: Dñs ei⁹ i die eſt Sol: in nocte Juppiter. Saturnus participat cū eis: de triplicitate eſt prima: Prima facies eius ē Mercurij. Secūda Lune. Tertia Saturni. Ex pte hoīs dr ponit femora: lōgas facit coxas ⁊ crura: faciē lōgā: ⁊ mētū ſubtile: hoīem facit pulchriorē retro ꝙ̄ ante: capillos dat ſubtiles. ventrē magnū: ⁊ facit hoīem in motu delectari. Dr̄ domus itineris: fidei: ſapie: magiſterij ⁊ honoris: ex magiſtratu ſapie aſtrorū ⁊ diuinatiōis ſōnioꝝ. Dr̄ aūt Sagittarius: iſtud ſignū: qꝛ ſicut Sagittari⁹ emittit ſagittas: ſic Sol exiſtēs in illa pte zodiaci: ad nos emittit grādines: pluuias: atqꝫ niues. ℭ Talis dʒ eē pdicator vl̄ ēt platus vl̄ quilibet eccliaſticus: q petōres mūdi arguit ⁊ ſagittat: qꝛ vere dʒ eē igneus p charitatē ſic q ola ei⁹ dicta ⁊ facta fūdata ſint in charitate: qꝛ ſine charitate nec ſibi nec alijs pſunt: dʒ ēt eē maſculinus p pbitatē: vt opa virilia ⁊ non mulicbria opeꝛ̄ ſiue loqꝛ̄: diurn⁹ p veritatē i loqutiōe. Sit āt ſermo veſter eſt: eſt: nō: nō .ſ. vt nō mētiaꝛ̄: mediocris p maturitatē i geſtis ⁊ opib⁹: dom⁹ Jouis (q dr̄ q̄ſi iuuās pr̄: ⁊ nulli nocet) .i. benignitatis ⁊ clemētie. Solis ēt ē domus in die q mūdū calefacit. i. charitatis ⁊ doctrine ſiue inſtructiōis. Saturni q dr̄ a ſaturādo q oēs ſatiat. i. pietatis: qꝛ charitas: benignitas ⁊ pietas dʒ in eccleſiaſticis abūdare: ⁊ iſte p certo facit auditores ⁊ ſubditos in quos agit: in motu bonoꝝ operū dlectari. Iſte dr̄ dom⁹ itineris: qꝛ iter oñdit eūdi ad celū. Peregrinationis: qꝛ pdicādo dʒ diſcurrere ſicut doctor ⁊ magiſter: exēplo Xp̄i ⁊ Pauli qui diſcurrebāt predicādo. Honoris qꝛ hēt officiū honorabile: vel qꝛ deū debet in

omnibus

oībus honorare. Aſtroꝝ: q̄ de aſtris ⁊ de celeſtib⁹ dʒ loq̄ in ſermonib⁹: diuina
tiōis: q̄ dʒ de ignotis ⁊ futuris inferni pēnis p̄dicare. Sōnioꝝ q̄ dʒ de futu-
ra gloria ſomniare cōtēplādo ⁊ ēt alios de hoc īſtruēdo: q̄ ſm̄ ſctm̄ Frāciſcū S. Frā.
in Regula: p̄dicator dʒ p̄dicare vitia ⁊ virtutes: penā ⁊ gloriā. Et iō Paul. 1. Paul.
Thi. 1. dicebat. Cōſtitutus ſuʒ ego Ap̄ls ⁊ magr̄ gētiū. i. ad p̄dicādū gētib⁹
gloriā. Et ſicut Sol exiſtēs in Sagittario terrā gradinibus: pluuijs ⁊ nubib⁹
ſagittat: ſic p̄dicator dʒ cū grādine. i. cū cōminatiōe tormētoꝝ infernaliū: cū ni
ue. i. cū allectiōe cādoris eternoꝝ gaudioꝝ: cū pluuia. i. cū irrigatōe he noꝝ do
cumētoꝝ ipſos ſagittare. Eſaie. 40. Poſuit me q̄ſi ſagittā electā. Uel iſte Sa Eſaie.
gittarius pōt intelligi iſte mūdus: q̄ bonos ſagittat p̄ tribulatiōes: q̄ vere iſte
eſt domus itineris: p̄egrinatiōis ⁊ laboris. Q̄ ſicut dr̄. 2. Cori. 5. Quādiu ſu
mus in hoc mūdo p̄egrinamur a dn̄o: ⁊ ēt Paulus ait. Nō hēmus hic ciuita- Paul.
tē p̄manētē ſʒ futurā inq̄rimus. Itē diuinatiōis ⁊ ſōnioꝝ: q̄ vere q̄cq̄d eſt in
mūdo eſt ſōniū friuolū ⁊ vanū. Eccle. 33. Somnia extollunt imprudentes. Eccl.

¶ De Sagittario. Alia Moralitas. Cap. 30.

Et Sagittariū nonū ſignū Zodiaci: ēt pōt intelligi ſtatus cōiugalis p̄
quē tāq̄ p̄ portā intrātes ſi recte ⁊ iuſte incedāt: ingrediunt̄ regnū ce-
loꝝ. Sagittarius igit̄: vt dn̄t Aſtronomi. Primo ē domus Iouis. Se
cūdo eſt exaltatio caude draconis. Tertio prima ei⁹ facies ē Mercurij. Quar
to primus eius terminus eſt Iouis. Primo ergo Sagittarius eſt domus Io
uis: q̄ dicebat̄ ab antiq̄s ſūmus de⁹. Sic q̄libet: q̄ in mr̄imonio ligat̄: dʒ Iouis
. i. dei ſūmi eē domus: q̄m mr̄imoniū fuit primitus ordinatū a deo ⁊ inſtitutū:
Et ab Adā cognitū: ⁊ a multis ſanctis p̄ribus honoratū ⁊ ꝯſumatū. Deus. n.
mr̄imonij principalis eſt ⁊ fuit inſtitutor: ēt autor: ēt in ꝯiugio ſp̄uali triplicit̄
eſt ſpōſus. Inſtitutor igit̄ autor fuit: q̄n p̄mis hoīb⁹ dixit Gene. 1. Creſcite ⁊ Geneſi.
multiplicamini ⁊ replete terrā. Sʒ fact⁹ ē ſpōſus ī ꝯiugio ſp̄uali figurato per
mr̄imoniū corpale: q̄n nām ſibi vniuit hūanā: ī eadē p̄ſona ī vnitate ⁊ idētita-
te ſuppoſiti: d̄ quo dcm̄ ē Pſal. 18. In Sole poſuit tabernaculū ſuū: ⁊ ip̄e tāq̄ Pſal.
ſpōſus p̄cedēs de thalamo ſuo. Secūdo factus ē ſpōſus ī ꝯiugio ſpūali: q̄n in
eodē corp̄e miſtico deſpōſauit eccl̄iaʒ. Hoc. n. olim p̄miſerat Oſee. 2. dicēs ad Oſee.
eccl̄iam: ſpōſabo te mihi in ſempiternū: ⁊ ſpōſabo te in iuſtitia: ⁊ iuditio ⁊ miſe
ricordia ⁊ miſeratiōib⁹: ⁊ ſpōſabo te mihi ī fide: ⁊ ſcies q̄ ego dn̄s: hoc aūt adī
pletum fuiſſe declaratur Apoc. 21. vbi dixit Angelus ad Ioānē. Ueni ⁊ oſten Apoc.
dam tibi ſponſam ⁊ vxoreʒ agni: ⁊ ſubdit Ioannes. Et ſuſtulit me in ſpiritu in
montem magnum ⁊ altum: ⁊ oſtendit mihi ſanctam Hieruſalem: hanc dicūt
doctores eſſe eccleſiam ſanctam dei. Tertio factus eſt ⁊ efficitur ſponſus quo
tiens vna aīa beata cōiungit̄ in vno ſpū: q̄ vt ait Ap̄ls. 1. Corin. 6. Qui adhe- Paul.
ret deo efficit̄: vel eſt vnus ſpūs cum eo. Cū ergo hoc matrimoniū antedictuʒ
inſtitutum ſit a deo. Ideo ipſum dʒ quilibet: qui contraxit illud: ſecūdū dn̄ica
precepta inuiolabiliter obſeruare velle. Quod quicūq̄ʒ fecerit: erit domus Io
uis. i. dei. Dicit enim dn̄s Ioannis. 14. Si quis diligit me: ſermonem meū ſer Ioan.
uabit: ⁊ p̄r meus diliget eū: ⁊ ad eū veniemus ⁊ manſionē apud eū faciemus.
Quod autem matrimonium fuerit primitus inſtitutum ⁊ ordinatū a deo: vt
etiam ſupradictū eſt: patet Geneſi. primo. Ubi dicit̄: q̄ creauit deus hominē Geneſi.

qđ imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuā. Ad imaginē ſuā creauit illū maſculū ⁊ feminā
creauit eos: benedixitq; illis ⁊ ait. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram.
Ex quo patet dignitas huius ſacramēti. Nā ⁊ inſtitutum eſt immediate a deo
⁊ i paradiſo delitiaꝝ: vbi mulier ꝑducta fuit; ⁊ i ſtatu inocētie ꝑuſq; expellere
tur Adā de paradiſo. Cōſilr mr̄imoniū cū ꝯdictiōib⁹ ſuis reuelatū fuit Ade:
qn̄ imiſit dn̄s ſoporē i eo. Et poſt hoc de ipſo ꝓphetauit: de ſuiſq; ꝯditionib⁹:
qn̄ dixit poſt ſoporē: hoc nūc os ex oſſib⁹ meis: ⁊ caro d̄ carne mea: hec vocabit̄
virago: qm̄ de viro ſūpta eſt. Quāobrē relinquet hō pr̄ez ⁊ mr̄ez ⁊ adherebit
Gene. vxori ſue: ⁊ erūt duo i carne vna: vt hr̄ Geneſis. 2. hoc aūt dixit Adā vt ꝑco dei
Scot⁹ nō vt iſtitutor: q2 ꝑncipalis iſtitutor mr̄imonij fuit de⁹: vt tāgit Sco. l. 4. di.
26. fuit ēt mr̄imoniū a xp̄o luculēter approbatū ⁊ honoratū. Vn̄ Mathei. 19.
phariſeis iterrogātib⁹ dn̄m: ſi liceat hoi q̄cūq; cā vxorē dimittere. Rn̄dit dn̄s.
Nō legiſtis q2 fecit dn̄s ab initio maſculū ⁊ feminā fecit eos: ⁊ dixit: ꝑꝑ hoc di
mittet hō pr̄ez ⁊ mr̄ez ⁊ adherebit vxori ſue: ⁊ erūt duo in carne vna: itaq; iā
Joā. nō ſūt duo ſ3 vna caro. Qđ ģ de⁹ ꝯiūxit hō nō ſepet. Joā. āt. 2. p3 q̄ patenter
xp̄s mr̄imoniū approbauerit: qn̄ cū glīoſa mr̄e ſua atq; diſcipl'is ſuis voluit ꝑ
ſentialr̄ intereſſe: vbi ⁊ aquā mutauit i vinū: fuit ēt mr̄imoniū a ſanctis pr̄ibus
Hiero. aſſūptū ⁊ ꝯſūmatū. In quo ſūmo deo placuerūt. Dicit. n. Hiero. lib. 2. ꝯ Joui
nianū. Quis ignoret ſub alta diſpēſatiōe dei: oēs retro ſctōs eiuſdē fuiſſe meri
ti: cui⁹ nūc ſūt xp̄iani: quō aūt Abraā placuit deo i ꝯiugio: ſic nūc v̄gines pla
Auguſt. cēt i ꝑpetua caſtitate. Hinc Augu. d̄ bono ꝯiugali. Nō ē ipar meritū ꝯtinētie
i Joāne q nullas expertus ē nuptias: ⁊ i Abraā q filios gn̄auit: illi⁹. n. celibat⁹
Tobie. ⁊ iſti⁹ ꝯnubiū ꝓ tpu3 diſtributiōe dn̄o militarūt. Et Tobie. 8. c. ſcribit̄. Qđ
cū Tobias accepiſſet Sarrā filiā Raguelis vxorē: ⁊ intraſſet ꝑma nocte ſecre
ta cubili. Oratus ē v̄ginē Tobias dicēs. Sarra exurge depcemur deū hodie
⁊ cras ⁊ ꝑm cras: q2 iſtis trib⁹ noctib⁹ deo iūgimur. Tertia aūt trāſacta nocte:
i nr̄o erim⁹ ꝯiugio: filij qppe ſctōꝝ ſum⁹: ⁊ nō poſſum⁹ ita cōiūgi: ſicut gētes
q̄ ignorāt deū. Ut aūt glibet in mr̄imonio ligat⁹ vere ſit domus Jouis. i. dei:
1 d3 hr̄e gnq; ꝯditiōes. ¶ Primo fidelitatē: vt v3 glibet ꝯiugū ꝑſonā ab hijs
Paul. alienā laſciue nō cognoſcat. Nā vt ait Apl's. 1. Corin. 7. mulier ſui corꝑis ptā
Ambro. tē nō h3 ſ3 vir: qđ ēt ꝯuerſo d3 itelligi. Hinc Ambro. i examerō ait. Nolite q̄
rere viri alienū thorū: nolite iſidiari alieni⁹ copule: graue eſt adulteriū: duos
de⁹ fecit: Adā ⁊ Euā: ⁊ vxorē de coſta viri: ⁊ iuſſit ambos eē in corꝑe vno: ⁊ in
ſpū vno viuere: qđ vnū corp⁹ ſepas? qđ vnū ſpūm diuidis? Ex adulterio. n. ma
1 la ꝑueniūt. ¶ Primo q2 ꝑ hoc fidei frāgit̄ ſacramētū: cū adulter i plures diui
2 dat vnā carnē. ¶ Scđo cōmittit̄ ꝑiuriū: cū adulter agat a ꝓpoſito ꝯtra id qđ
3 ꝓmiſit ⁊ iurauit ſaltē iplicite i initio ſacramēti. ¶ Tertio cōmittit furtū: qm̄
4 ſic adulterādo: aliter occupat rē alteri⁹ iuito dn̄o. ¶ Quarto agit̄ ꝯ nonū de
cimūq; mādatū legis dn̄i: dū res ⁊ ſpōſa ꝯcupiſcit̄ aliena. Quātū āt malū ꝓue
Judicū. niat ex adulterio p3 Judicū. 20. vbi hr̄ q ꝑꝑ adulteriū violata vxore leuite: cō
miſſa ſūt tria ꝑlia: i qb⁹ iterfecti ſūt ſexagita gnq; millia ⁊ cētū triginta hoies:
nōne ēt ꝑꝑ adulteriū Paridis cū Helena bello decēni tot hoiu3 millia tā gre
corū q̄ Troianoꝝ ſūt ꝓſtrata: ſ3 ⁊ ipa Troia tā excellēs Aſie decus ē deſtru
Leuiti. ctā: ꝑꝑ qđ Leuitici. 20. c. mādat dn̄s. Si mechat⁹ gs fuerit cū vxore alterius ⁊

adulteriū

adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui: morte moriatur: et mechus et adultera. Item Deute. 22. dicit dominus. Si dormierit vir cum vxore alterius: vterque morietur. s. adulter et adultera. ¶ Secunda conditio requisita adhoc quod coniugatus sit domus et habitaculum dei. Est coniugum vera firmaque dilectio. Nam Apost. Ephesios. 5. c. ait. Viri diligite vxores vestras sicut xps ecclesiam dilexit. Et parum post. Ita viri diligere debent vxores suas vt corpora propria: qui vxorem suam diligit seipsum diligit et post pauca. Vnusquisque suam vxorem sicut semetipsum diliget. Vxor autem timeat virum. Iterum ad Collo. 3. dicit Apost. Mulieres subdite estote viris sicut oportet in domino. Viri diligite vxores et nolite amari esse ad illas. Talis autem dilectio sic debet esse ordinata et conditionata: quod ab vtroque coniugum zelotypiam et suspitionem fuget a longe et repellat. Sapiens. n. nec amicum expertum: nec dilectam coniugem suspicatur vnquam sibi frangere fidem: imo nec lingue loquaci siue maledicenti fidem adhibebit ob loquenti de talibus: imo nec talia queret: nisi adhuc extrinsecus quibusdam signis aliqualis possit aggrauari suspitio. Dicit. n. Bernar. ad Raymundum. De feminis tuis suspectis ignorantiam potius quere quam sciam. Querunt. n. zelotypi sollicite scire quedam quae postquam inueniunt: dolorem in eis augent et verecundiam: que si non inueniunt suam totam confundunt molestantque familiam. Consimiliter etiam nec propter quamcunque suspitionem molesta debet esse vxor marito. Debet etiam quilibet coniugum sic in amore perseuerare: vt et in se et in amore coniugis libidines compescat. Legitur. n. quod Penelope vxor Vlyxis p. x. annos quibus Vlyxes continue permansit in obsidio Troie: caste viuens cum tot iuuenis esset. Feruentes compescuit libidines: ob hocque de castitate laudatur. Vnde Hieron. l. li. contra Iouinianum. De Penolopis pudicitia Homeri carmen est. Ibidem narrat Hierony. Quod Duellius qui primus Rome nauali certamine triumphauit. Biliam virginem duxit vxorem tante pudicitie vt illo quoque seculo pro exemplo fuerit. Quod im pudicitia monstrum erat non vitium. His iam senex et trementi corpore in quodam iurgio audiuit exprobari sibi os fetidum: et tristis se domum contulit: cumque vxori conquestus esset: quare nunquam se monuisset: vt huic vitio mederetur: fecissem inquit illi: nisi putassem omnibus viris sic os olere. Laudanda in vtraque pudicitia et nobilis femina: et si ignorauit vitium viri: et si patienter tullit. Et quod maritus infelicitatem sui corporis non vxoris fastidio: sed maledicto sensit inimici. Debet etiam vera dilectio coniugum: tam in vita quam in morte et post mortem thorum imaculatum custodire. Narrat beatus Aug. l. de ciui. dei. c. 20. Et Valc. li. 6. c. l. de Lucretia matrona Romana violata a filio Tarquini: que amissa pudicitia coram marito Collatino et Bruto propinquo se pe mit. Post mortem etiam seruat thorum immaculatum alter alterius. Narrat Hieron. li. l. contra Iouinianum. Quod Valeria Messalorum soror: amisso suo viro Seruio: nulli volebat nubere. Que interrogata cur hoc faceret ait. sibi maritum semper viuere Seruium. Ibidem etiam dicit Hiero. Quod Anniam cum propinquus mo neret: vt alteri viro nuberet. esse. n. etatem integram et faciem bonam. Nequaquam inquit hoc faciam. Si. n. virum bonum inuenio: vt ante habui: nolo timere ne perdam: si malum: quid necesse est post bonum pessimum sustinere. ¶ Tertia coniugatorum conditio ad hoc quod dicantur domus Iouis. i. dei. est ordinata prolis educatio: pro magna benedictione dei. ps. 127. est. Filij tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mense tue. vbi concluditur pro benedictione. Videas filios filiorum tuorum pacem super israel. Quid. n. in hac vita felicius pollicitee: quam quod sentiatur vir ex nobili

Margin: 2 Paul. Paul. Ber. Hiero. Aug. Valc. Hiero. Hiero. 3 ps

⁊ ſenſata muliere ſenſatos gñat filios. corona ſenū filij filioꝝ: ⁊ gloria filiorum
Prouer pr̃es eoꝝ. Prouer. 17. Sȝ qm̄ vt ait Salomō. Prouer. x. filius ſapiēs letifi-
Eccle. cat patrē: ⁊ ſtultus hō decipit matrē ſuā. Jdcirco dicit ſpūs ſcūs Eccle. 16. Ne
iocūderis in filijs ipijs: ſi multiplicent̃ nō oblecteris ſup illos. Si nō ē timor
dei in illis nō credas vite eoꝝ: ⁊ ne reſpexeris in labores illoꝝ: melior eſt. n. vn⁹
timēs deū: q̄ȝ mille filij ipij. Et vtilius ē mori ſine filijs: q̄ȝ relinquere filios im
pios. Debet igit̃ vterqȝ parēs. ſ. pr̄ ⁊ mater filiū ſeu filios ſuū vel ſuos ab ipſi⁹
vel ipſoꝝ infantia. Primo nutrire. Scdo docere. Tertio dotare. Quarto de
1 fendere. Quinto corrigere. ¶ Dico ḡ primo ꝙ parens dȝ nutrire filios ſuos.
Phs. Cū. n. vt ait Phs. 7. de aialibus: ex eiſdē nutriamur ⁊ ſimus (vt pȝ in pullo
qui gñat̃ ex ſb̃a oui: ⁊ dū eſt in ouo eiuſdē ſb̃a nutrit̃. Naȝ pulus naſcit̃ ex al
bumine oui: ⁊ nutrit̃ ex vitello: ⁊ iō pr̄ qui dat eē dȝ ⁊ nutrimentum dare. Di
Phs. cit. n. Phs. 8. Ethy. ꝙ pater eſt cauſa filij eēndi ⁊ nutriēdi. Dȝ aūt parēs nō
Ber. delicatis ſed cōibus cibis filios enutrire: ſm ꝯſiliū Bernar. ad Raymundū: q
vult ꝙ nō delicatis ſȝ groſſis cibis debeat pr̄familias ſuā familiaȝ enutrire: vt
2 poſtea valeat cōiter vt ceteri viuere. ¶ Dico ſcdo ꝙ parēs dȝ filios docere vel
Policra erudire. Eccle. n. 7. dr̄. Si tibi filij ſint erudi illos. Narrat Policratus li. 6.
tus. c. 4. Qd̄ Octauianus Jmperator filios ſuos ad gradū militarē: ⁊ curſum ⁊ ſal
tū fecit exercitari: vſumqȝ natādi: ⁊ pūctim ⁊ ceſim feriēdi ⁊ iaciendi miſſilia: ⁊
lapides manu vel funda docuit: ⁊ qualiter oē bellū aut ſubſtineri debeat aut
īferri. Et ſi. n. ſufficere poſſet eis clarus ſanguis ad gloriā: ⁊ bona hereditaria
ad oēm affluētiā. Ea tñ diligētia ſunt īſtructi: ac ſi ſua retinere: vel aliena acq-
rere nequaq̄ȝ poſſent niſi p virtutē. Siīr filias legit̃ i lanificio ſic feciſſe īſtrui:
vt ſi p̄ter ſpem: eas in extremā pauptatē fortuna ꝓieciſſet: vitā poſſent arte de
ductis facultatibus exhibere. nā ⁊ nendi ⁊ texēdi ⁊ excreſcēdi: ⁊ veſtes forman
di: figēdi ⁊ cōponēdi: nō tm̄modo artē ſed vſum habebāt. Sic ḡ doceri debēt
a parētibus filij: ſm qd̄ magis ipſoꝝ applicat̃ ingeniū: ne. ſ. efficiant̃ inhertes
⁊ pigri. ¶ Dico tertio ꝙ parētes debēt dotare filios ſuos: qm̄ filij debēt he-
redes eē parētū ſuoꝝ: vex pncipalis hereditas dȝ eē moꝝ bonoꝝ ⁊ v̄tutū. Di
Tullius cit. n. Tullius. 1. de officijs. Qd̄ optima hereditas a parētibus tradit̃ liberis
oiqȝ primonio p̄ſtātior glīa virtutis. Opes nēpe trāſitorie ſunt. virtus aūt eſt
4 bitus ⁊ de difficili mobilis. ¶ Dico q̄rto ꝙ parētes debent defendere filios.
Neemie Neemie. 4. c. dr̄. Pugnate ꝓ frībus veſtris: filijs ⁊ filiabus veſtris: ⁊ vxorib⁹
5 veſtris ⁊ domibus: ⁊ hoc inditū ē a nī. ¶ Dico qnto ꝙ parētes debēt corri-
Prouer gere filios ſuos. Prouerb. 13. ſcribit̃. Qui parcit virge odit filiū ſuū: q aūt di-
ligit eū inſtāter erudit. Et nō imerito: q2 vt hr̄ inferius. c. 22. ibidē. Stultitia
colligata ē in corde pueri: ⁊ virga diſcipline fugauit eā: ⁊ ibidē. c. 23. Noli ſub-
trahere a puero diſciplinā: ſi. n. pcuſſeris eū virga nō morieſ: tu virga pcutis
Prouer eū: ⁊ aiaȝ illius de iferno liberabis. Nā Prouer. 22. dr̄. Adoleſcēs iuxta viam
4 ſuā ēt cū ſenuerit nō recedet ab ea. ¶ Quarta ꝯiugatoꝝ ꝯditio ad hoc ꝙ ſint
Gen. domus Jouis. i. dei ē ppetua ꝯiugū cohabitatio. Gen. n. 2. dixit Adā. Pro-
Math. pter hr̄ relinquet hō pr̄eȝ ſuū ⁊ mr̄eȝ ſuā ⁊ adherebit vxori ſue: ⁊ Math. 19. di
xit ipſe dn̄s. Qd̄ ḡ deus ꝯiūxit hō nō ſepet. Nam qñ dixit adherebit vxori: ſm
Sco. l. 4. di. 26. itelligit̃ de adherētia idiſſolubili: nō aūt momētanea: ita ꝙ
in matrimonio

ſri mrimonio duo p̄cepta includunt.ſ.vnū affirmatiuū:qn̄ dixit:creſcite ⁊ multiplicamini:qđ nō ꝓ ſp obligat:ſʒ ad ſp.ſ.qn̄ pauci eēnt ſup terrā vt tpe pҗimoꝝ parētū:⁊ ēt poſt diluuiū:qn̄ pauci erāt ī terra:vel ſi ꝯtingeret aliquo caſu deſleri hoīes vel ex peſtilētia vel bello:tūc eēt ſeruādū p̄ceptū de ꝯtrahēdo: vt terra repleref.Aliud ē p̄ceptum negatiuū in mrimonio de nūq̄ ſoluēdo : ⁊ dixit adherebit.ſ.idiſſolubiliter ⁊ nō tm̄ ad tp̄s:iō dixit xp̄s qđ deus ꝯiūxit hō non ſeparet:⁊ tale p̄ceptū negatiuū:ſicut alia negatiua:obligat ad ſp ⁊ ꝓ ſp. Sic ḡ debēt ꝯiuges ſil̓ hitare ppetuo:vt alter ſine altero: honeſtate retēta : nequaq̄ eē vellit.Dicit.n.Sapiēs Eccle.25.In trib⁹ bn̄placitū eſt ſp̄ui meo:q̄ ſunt ꝓbata corā deo ⁊ hoīb⁹:cōcordia fratrū:⁊ amoꝛ ꝓximoꝝ:⁊ vir ⁊ mulier ſibi ꝯſentiētes.Sic igif eē dʒ vtriuſqʒ ꝯiugū vnanimis ⁊ ppetua cohabitatio : ſic tm̄ ꝙ vir ꝯſiderare dʒ vxoꝛē ſibi datā ī adiutoꝛiū nō ī ſuitiū.dicēte dn̄o Gen.3. Nō eſt bonū hoīeʒ eē ſolū:faciamus ei adiutoꝛiū ſil̓e ſibi. Cōſilr ꝯſiderare dʒ vir mulierē ſibi datā in ſociā nō in ancillā.ſicut.n.hr̄ vbi ꝓ̄us.Creata ē mulier de coſta viri:nō de capite ne p̄ſumat velle dn̄ari.Nō de pedibus ne putef ꝙ ſp dʒ eē ancilla: ſed de coſta vt oñdaf ꝙ debeat eē ſocia.Mulier tm̄ ꝯſiderare dʒ ꝙ ſicut ait Apoſt.1.Coꝛ.Uir ē caput mulieris. Idcirco mulier virum timere dʒ atqʒ reuereri.dicit.n.Apoſt.ad Ephe.5.Mulieres ſubiecte ſint viris ſuis: ſic̄ dn̄o:qm̄ vir caput ē mulieris.¶ Quinta ꝯiungū ꝯditio ad hoc ꝙ ſint domus dei ē ꝯiugalis ſacr̄i iugis obſeruatio.Sacr̄m.n hoc magnū ē:vt dicit Apoſt. ad Ephe.5.Dʒ aūt hoc ſacr̄m ſignāter obſeruari ī debiti redditione.Dicit.n. Ugo li.5.de ſacram̄.pte.xi.c.3.Qđ īſtitutio ꝯiugij ante pctm̄ primi parētis: erat ad officiū.vt.ſ.nā multiplicaref:poſt pctm̄ vero fuit ad officiū ⁊ remediū: vt et nā exciperef:⁊ vitiū cohiberef.Igif ad reddēdū debitū vterqʒ ꝯiugū tenef: modis lociſqʒ obſeruatis.Dicit.n.Apoſt.1.Coꝛ.6.Uxoꝛi vir debitum reddat.Silr aūt vxoꝛ viro.Mulier ſui coꝛpoꝛis ptātē nō hʒ ſʒ vir.Nolite fraudare inuicē:niſi foꝛte ex cōſenſu ad tp̄s:vt vacetis oꝛoni. Petere vero debituʒ nō licet niſi tpibus debitis:locis modiſqʒ ſeruatis.Tpib⁹.n.oꝛoni dedicatis cuiuſmodi ſunt ſolēnitates ⁊ vigilie reddere dʒ: non petere licet.In locis deo ſacratis nec reddere nec petere licet.In omnibus aūt eſt tenenda moꝛuʒ honeſtas.Dicit Apoſt.1.ad Theſal.4.Hec eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra vt abſtineatis vos a foꝛnicatione:vt ſciat vnuſquiſqʒ veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione ⁊ honoꝛe:non in deſyderij paſſione ſicut ⁊ gentes que ignoꝛant deum.Qm̄ igitur matrimonium eſt tantū ſacramentū ⁊ tam ſolēniter inſtitutum ⁊ appꝛobatum a deo:debet idcirco quilibet cōiugatus cum cōditionibus pꝛedictis ſic ip̄m ſincere ſeruare:vt merito dicaf ſummi Iouis.ſ. dei domus ⁊ habitaculū per gratiam inhabitantē.¶ Sc̄do dico ꝙ Sagittarius eſt exaltatio Caude draconis.eſt.n.Cauda draconis:ſicut etiā caput: īterſectio circūferentie ecēntrici Lune cū ſupficie eclyptice: vt patet in Theoꝛicis planetarum.Et ſecūdum Alcabitium:ſicut Caput draconis eſt de natura Iouis ⁊ Ueneris : ⁊ ſignificat regnum ⁊ Foꝛtunam atqʒ ſubſtantiam . Sic Cauda draconis eſt mala:⁊ natura eius eſt compoſita ex natura Saturni ⁊ Martis:⁊ ſignificat deiectionem ⁊ caſum atqʒ paupertatem . Per Caudam ergo intelligatur mulier que fuit Cauda draconis : ideſt diaboli ad̓ decipiendum

Eccle.
Ge.
Paul.
